197. **Cosmariospora** Sacc. Conidia constricto–didyma, verruculosa (*Cosmarii* ad instar), hyphis tenuissinis ramulosis varie inserta; sporodochium verruciforme, superficiale, botryoideo–lobatum. — Ex. *C. Bizzozeriana* Sacc.

Sect. 4. **Tuberculariæ** Fr. p.p. Corda.

Fungi byssino–compacti, stromate plerumque crassiusculo basi instructi, versicolores, verruciformes, superficiales, v. erumpenti–superficiales; conidia e lateribus v. apicibus hypharum conglutinatarum oriunda. Adsunt quoque in hac sectione series *mucedinea* læticolor et series *dematiea* nigricans.

Ser. 1. *Tuberculariæ mucedineæ.*

Hyphæ et conidia alba v. læte colorata.

1. **Amerosporæ** *Sacc.*

Conidia continua ovoidea, sigmoidea v. breve cylindracea.

198. **Tubercularia** Tode. Conidia in basidiis filiformibus pleurogena, subsessilia, ovoidea v. oblonga; sporodochium verruciforme, varium. — Ex. *T. vulgaris* Tode (Conid. *Nectriæ* &c.).

199. **Tuberculina** Sacc. Conidia in basidiis crassiusculis brevibus simplicibus v. parce ramulosis acrogena, globulosa. Sporodochium plano–pulvinatum. In Hypodermeis parasitica. — Ex. *T. persicina* (Ditm.), *T. vinosa* Sacc. (sub *Tubercularia*).

200. **Dendrodochium** Bon. Conidia in basidiis subverticillato–ramosis acrogena, ovoidea v. oblonga; sporodochium verruciforme, varium. — Ex. *D. aurantiacum* Bon.

201. **Illosporium** Mart. Conidia e globoso sigmoidea, varia, in glomerulos mucosos conglutinata; sporodochium verruciforme v. maculiforme. (Conid. *Nectriæ* &c.). — Ex. *I. roseum* Fr.

202. **Sphæridium** Fres. Conidia cylindrica, in catenulas simplices v. ramosas digesta, e basidiis conformibus oriunda; sporodochium verruciforme, superficiale, sæpe lobatum. — Ex. *S. vitellinum* Fres., *S. citrinum* Sacc.

203. **Hymenula** Fr. Conidia ovoidea in apice basidiorum simplicium acrogena; sporodochium regulare, disciforme, calvum. — Ex. *H. vulgaris* Fr., *H. rubella* Fr.

204. **Volutella** Tode. Conidia ovoidea v. oblonga in apice basidiorum simplicium acrogena; sporodochium regulare disciforme, margine ciliatum. — Ex. *V. Buxi* (DC.) Berk., *V. ciliata* (A. S.) Fr.

2. **Phragmosporæ** *Sacc.*

Conidia pluri-septata, cylindracea, fusoidea v. falciformia.

205. **Bactridium** Kunze. Sporodochium convexum; conidia oblongo-cylindracea, magna, basidiis brevibus nixa. Ex. *B. flavum* K. & S.

206. **Heliscus** Sacc. Sporodochium applanatum; conidia cylindracea, apice clavi ad instar polygono-capitata, mediocria, basidiis parce divisis nixa. — Ex. *H. lugdunensis* Sacc. & Therry. (Ad diem extra-italicus).

207. **Fusarium** Lk. s. amp. Sporodochium pulvinatum v. subeffusum, conidia fusoidea v. falcata, matura pluriseptata, in basidiis verticillato-ramosis acrogena.

α) **Selenosporium** (Cda) Sporodochium verruciforme compactum, sæpe superficie nitidum, basi nudum. — Ex. *F. pyrochroum* (Desm.) Sacc.

β) **Fusarium** (Lk.) Sporodochium verruciforme, laxiusculum, numquam nitidum, basi subnudum. — Ex. *F. roseum* Link.

γ) **Fusisporium** (Lk.) Sporodochium effusum, laxius, sæpe hyphis radiantibus longis cinctum v. suffultum. Ad *Mucedineas* nutat. — Ex. *T. Biasolettianum* Corda, *F. Zavianum* Sacc.

208. **Microcera** Desm. Sporodochium pulvinatum, tenue; conidia anguste falciformia, pluriseptata, in basidiorum filiformium ramulis acrogena. — Forte *Fusario*

nimis affinis. (Conidia *Caloneetriæ, Sphærostilbes*). — Ex. *M. Massariæ* Sacc.

Ser. 2. *Tuberculariеæ dematieæ.*

Hyphæ et conidia olivaceo- v. fuligineo-nigricantia.

1. **Amerosporæ** *Sacc.*

Conidia continua, globosa, ovoidea v. difformia, fusca.

209. **Epicoccum** Link. Sporodochium convexum conidiis globulosis (sæpius areolato-asperulis) basidiis brevibus nixis, vestitum. — Ex. *E. neglectum* Desm., *E. purpurascens* Ehrenb.

210. **Strumella** Sacc. vix Fr. Sporodochium verruciforme ex hyphis varie ramosis conidiisque ex ovoideo polymorphis varie adnatis compositum. — Ex. *Str. olivatra* Sacc. (sub Illosporio), *Str. tuberculosa* Sacc. (sub Illosporio).

211. **Myrothecium** Tode. Sporodochium disciforme atrum, margine albo-ciliatum; conidia ovoidea v. cylindroidea basidiis bacillaribus suffulta. — Ex. *M. Verrucaria* (A. S.), Fr. *M. inundatum* Tode.

212. **Chætostroma** Corda p.p. Sporodochium disciforme atrum margine ciliis nigris cinctum; conidia ovoidea v. sub-fusoidea, in basidiis bacillaribus acrogena. — Ex. *C. atrum* Sacc., *C. hysterioides* Sacc. (proxime describendæ species).

2. **Phragmosporæ** *Sacc.*

Conidia 2—plurisepsata, fusca.

213. **Exosporium** Link. Sporodochium convexum, compactum; conidia in hypharum simplicium (nigricantium) dense fasciculatarum apice acrogena oblonga pluriseptata. A *Coryneis* & *Epidochiis*, quibus sæpe adscribitur, certe diversum genus. — Ex. *E. Tiliæ* Link.

3. **Dictyosporæ** *Sacc.*

Conidia transverse et longitudinaliter septata, fusca.

214. **Spegazzinia** Sacc. Sporodochium convexum, densiusculum, atrum; hyphæ dense fasciculatæ, in sporophorum sarciniforme pluricellulare apice desinentes; conidia e sporophoro per sterigmata oriunda æque sarciniformia, sæepius 4—cellullaria, fusca. — Ex. *Sp. ornata* Sacc.

INDEX GENERUM

(Citantur numeri qui genera in Conspectu *præcedunt).*

Acladium. num. 84.
Acrotheca. 138.
Acrothecium. 168.
Actinospira. 151.
Acrostalagmus. 98.
Acrocylindrium. 96.
Acremonium. 87.
Actinothyrium. 36.
Actinonema. 27.
Alternaria. 176.
Amblyosporium. 181.
Antromyces. 191.
Aposphæria. 3.
Arthrinium. 140.
Arthrobotryum. 196.
Ascochyta. 26.
Aspergillus. 79.
Asterophora. 94.
Asterosporium. 62.
Atractium. 189.

Bactridium. 205.
Bispora. 119.
Botrytis. 89.
Brachysporium. 165.*

Camarosporium. 32.
Campsotrichum. 148.
Camptoum. 137.
Cattanea. 131.
Ceratium. 187.
Cephalosporium. 77.
Ceuthospora. 17.
Cephalothecium. 107.
Cercospora. 107.
Ceratophorum. 123.
Cercosporella. 112.
Cesatia. 49.
Chromosporium. 64.
Chætophoma. 7.
Chætomella. 23.
Chætopsis. 153.
Chætostroma. 212.
Chalara. 157.
Cicinnobolus. 8.
Cladobotryum. 97.
Circinotrichum. 148.
Closterosporium. 122.
Cladotrichum. 162.
Cladosporium. 161.
Corethropsis. 78.
Coprotrichum. 75.
Coccospora. 63.
Coccosporium. 182.
Cosmariospora. 197.
Coniothyrium. 22.
Coryneum. 54.
Cometella. 174.
Coniothecium. 133.
Coniosporium. 118.
Cordana. 163.
Coremium. 184.
Cryptostictis. 30.
Cryptosporium. 58.
Cylindrium. 69.
Cylindrosporium. 57.
Cytispora. 16.

Darluca. 25.
Dactylosporium. 173.
Dactylium. 110.
Dactylaria. 113.
Dendrophoma. 4.
Dendrodochium. 200.
Dicoccum. 120.
Discosia. 40.
Dichomera. 33.
Dictyosporium. 130.
Dilophospora. 19.
Diplodia. 24.
Dinemasporium. 42.
Didymosporium. 50.
Didymaria. 109.
Diplocladium. 104.
Diplosporium. 105.
Dothiora. 13.
Dothiorella. 13.

Echinobotryum. 117.
Ellisiella. 149.
Epochnium 175.
Epicoccum. 209.
Exosporium. 213.

Fumago. 177.
Fusidium. 70.
Fusicladium 159.
Fusarium. 207.
Fusisporium. 207. γ.
Fuckelina. 136.

Geotrichum. 68.

Glœosporium. 46.
Gonytrichum. 155.
Gonatobotrys. 100.
Gonatobotryum. 139.
Gonatosporium 141.
Graphium. 193.
Gyrothrix. 148.
Gyroceras. 124.
Gymnosporium. 118.

Haplaria. 83.
Harpographium. 194.
Hadrotrichum. 145.
Haplotrichum. 76.
Helminthosporium. 165.
Helminthophora. 110.*
Helicomyces. 71.
Heliscus. 206.
Helicotrichum. 150.
Helicoma. 171.
Helicocoryne. 171.
Helicosporium. 171.
Hendersonia. 28.
Heterosporium. 166.
Heterobotrys. 115.
Heteropatella. 43.
Hirudinaria. 125.
Hormococcus. 49.
Hormiscium. 116.
Hyaloceras. 56.
Hymenula. 203.

Illosporium. 201.
Isaria. 186.
Isariopsis. 195.

Leptostroma 34.
Leptothyrium. 35.
Libertella. 59.

Marsonia. ~~57.~~ 51
Macrosporium. 180.
Mesobotrys. 154.
Melasmia. 37.
Melanconium. 47.
Microcera. 208.
Micula. 21.
Micropera. 20.
Monilia. 92.
Monosporium. 88.
Monotospora 144
Muricularia. 10.
Myrothecium. 201.
Mystrosporium. 181.
Myxosporium. 45.
Myxotrichum. 151.
Mycogone. 108.

Nematogonium. 101.
Neottiospora. 9.

Oidium. 74.
Oncidium. 151.
Oospora. 67.
Ovularia. 91.

Papularia. 118.
Passalora. 158.
Penicillium. 82.
Periconia. 135.
Pestalozzia. 55.
Physospora. 85.
Phragmotrichum. 63.
Phlyctæna. 18. *c*.
Phlœospora. 18 *b*.
Phyllosticta. 1.
Phoma. 2.
Piggotia. 38.
Polyscytalum. 102.
Polythrincium. 160.
Polynema. 41.
Prostheminm. 29.
Psilobotrys 152.
Pyrenochæta. 5.
Pyricularia. 111.*

Rabenhorstia. 12.
Ramularia. 111.
Rhabdospora. 18. *d*.
Rhinotrichum. 90.
Robillarda. 31.

Sarcinella. 178.
Sacidium. 39.
Saccharomyces. 66.
Septoria. 18.
Selenosporium. 207. *α*.
Septonema. 121.
Septoglœum. 52.
Sepedonium. 93.
Septosporium. 183.
Septocylindrium. 73.
Sirodesmium. 127.
Soredospora. 174.
Spondylocladium. 167.
Sporoschisma. 169.
Sporodum. 146.
Sporotrichum. 86.
Speira. 131.
Spegazzinia. 214.
Sporodesmium. 128.
Spilobolus. 15.
Sporocybe. 192.
Sporonema. 2.*
Spicaria. 99.
Sphæronæma. 6.
Sphæridium. 202.
Stachylidium. 156.
Stemphylium. 179.
Stilbospora. 53.
Stysanus. 190.
Staurochæta. 11.
Stagonospora. 28. *b*.
Strumella. 210.
Stigmina. 126.
Stigmella. 132.
Steganosporium. 61.
Stilbum. 185.
Stachybotrys. 134.
Sterigmatocystis. 70.

Tetraploa. 129.
Titæa. 103.
Torula. 114.
Tricholeconium. 147.
Trichothecium. 166.
Trichocladium. 164.
Trichosporium. 143.
Triposporium. 172.
Trullula. 49.
Tubercularia. 198.
Tuberculina. 199.

Vermicularia. 14.
Verticillium. 95.
Volutella. 204.

Zygodesmus. 142.

FUNGI GALLICI

LECTI A CL. VIRIS

P. BRUNAUD, ABB. LETENDRE, A. MALBRANCHE, J. THERRY

VEL EDITI

IN MYCOTHECA GALLICA C. ROUMEGUÉRI

AUCTORE

P. A. SACCARDO

SERIES II.

(Cfr. *Michelia* vol. I. p. 500).

Adnotatio. Littera **B.** fungorum nominibus adjuncta, indicabit cl. **Brunaud,** inventorem, et territorium Santonense (Saintes) ubi fungos suos legit; littera **L.** indicabit cl. Abb. **Letendre** et territorium Quevillense (prope Rouen); litteræ **Mb.** indicabunt cl. **A. Malbranche** et territorium Eburense (Dép. de l'Eure); littera **T.** indicabit cl. **J. Therry** et territorium Lugdunense (Lyon). Quoad Mycothecam cl. **Roumenguéri** (*Fungi selecti Gallici exsiccati,* cent. I–V) præter numeros speciebus in illa adscriptos, indicabuntur singula loca natalia et collectores. Littera **R.** indicabit cl. **Roumeguére.** Litteræ vero **F. G.** indicabunt ejusdem collectionem nunc memoratam.

Est nota dignissimum hac in Mycotheca reliquias pretiosæ et nunc rarissimæ collectionis cryptogamicæ Vogesiacæ celebris **J. B. Mougeot** (Bruyères, n. 1776, m. 1858), ex dono ejusdem Filii, denuo mycologis oblatas esse, magno cum fungorum scientiæ adjumento. Littera **M.** indicabit cl. **J. B. Mougeot.**

Numeri fungis præfixi inter parentheses clausi, ad species in mea *Serie prima Fungorum gallicorum* jam enumeratas referendi sunt.

Hymenomyceteæ *Fr.*

379. Agaricus (Clitocybe) **laccatus** Scop. **L.**
380. Agaricus (Clandopus) **variabilis** Pers. ***duriusculus.** Pileus major, $1^1/_2$–$1^3/_4$ cent. d., tenacellus, dimidiato-sessilis, basi villosulus, ceterum glabratus, ex albo melleus, margine involutus; lamellæ latæ, integræ, centro adfixæ, ex albo cinnamomeæ; sporæ ovoideæ, 10 ≈ 6, ferrugineæ. Typo major et durior ut ad Panos accedat, sed sporæ ferrugineæ. Ad cortices arborum. **B.**
381. Agaricus (Hebeloma) **rimosus** Bull. **L.**
382. Agaricus (Hypholoma) **appendiculatus** Bull. **L.**
383. Agaricus (Psathyrella) **disseminatus** Pers. **L.**
384. Hygrophorus (Camarophyllus) **niveus** (Scop.) Fr. **L.**
385. Hygrophorus (Hygrocybe) **miniatus** Fr. **L.**
386. Coprinus **Filholi** Fourc. in Roum. Rev. Myc. 1. 66. et in **F. G.** 301. — Ex Ozonio quodam-quod Coprini mycelium habendum est — ad thermas *Bagneres de Luchon*, Fourcade.
387. Marasmius **androsaceus** (L.) Fr. In foliis quercinis et sarmentis Rubi. **L.**
388. Trogia **crispa** (Pers.) Fr. In ramis fagineis, *Alençon*, Gillet.
389. Lenzites **abietina** (Bull.) Fr. **F. G.** 402. 2. (Dædalea). Ad trabes abietinas, *Bagneres*. **R.**, in Vogesis. **M.**
390. Dædalea **quercina** (L.) Pers., **F. G.** 102. In ligno quercino, *Toulouse*. **R.**
391. Trametes **populina** Fr. **F. G.** 203. In trunco Populi albæ, *Toulouse*. **R.**
392. Polyporus **igniarius** (L.) Fr. var. **Abietis** Roum. **F. G.** 101. (ut *P. megaloporus* Pers. v. *Abietis*). In trunco abietino in Pyrenæis. **R.**
393. Polyporus **pomaceus** Pers. v. **Prunastri** Roum. **F. G.** 202. (ut *P. ignarius* v. *Prunastri*). In trunco Pruni domesticæ, *Toulouse*. **R.**

394. **Polyporus cuticularis** (Bull.) Fr. In trunco cæso. **L.**

(5) **Polyporus versicolor** Fr. var. **resupinato-scutellaris**. In ramis. **L.**

(8) **Polyporus abietinus** (Diks.) Fr. f. **Mougeotii** **F. G.** 401. (pileis minoribus, resupinatis). In ramis pineis in Vogesis. **M.**

395. **Polyporus obducens** Pers. **F. G.** 201. In trabibus quercinis, *Toulouse.* **R.**

396. **Polyporus cryptarum** (Bull.) Fr. **F. G.** 302. **R.** Rev. Myc. I. 64. In lignis fagineis putridis, *Luchon,* Fourcade.

397. **Polyporus ferruginosus** (Schrad.) Fr. **F. G.** 1. In ligno quercino putri, *Toulouse.* **R.**

398. **Irpex obliquus** (Schrad.) Fr. **F. G.** 7. In trunco fagineo *Bagneres de Luchon.* **R.** — Exemplaria **F. G.** ex p. ad *Polyporum vaporarium* Fr. pertinent.

399. **Hydnum repandum** L. Ad terram. **L.**

400. **Craterellus lutescens** (Pers.) Fr. Ad terram. **L.**

401. **Auricularia sambucina** (Scop.) Mart. Ad cortices. **L.**

402. **Cyphella ampla** Lèv. In ramulis Populi fastigiatæ. **B.** qui legit quoque *C. albo-violascentem* (n.° 28) in sarmentis Vitis.

403. **Solenia ochracea** Hoffm. In trunco putri Ulicis. **B.** — Conceptacula cylindraceo-clavata, minutissima, fulva; villi dilute ochracei, 2 micr. d. granulis conspersi.

404. **Thelephora anthocephala** (DC.) Fr. var. **thermalis** Roum. Rev. myc. I. 64. **F. G.** 303. In ligno pineo udo *Bagneres de Luchon.* **R.**

405. **Stereum purpureum** Pers. In corticibus putrescentibus. **L.**

406. **Stereum frustulosum** (Pers.) Fr. **F. G.** 206. In trabe quercina uda in Vogesis. **M.**

(18) **Stereum disciforme** (DC.) Fr. **F. G.** 6. In cortice quercino in Vogesis. **M.**

407. **Stereum rubiginosum** (Schrad.) Fr. **F. G.** 106. In truncis quercinis. **M.**

408. **Stereum acerinum** (Pers.) Fr. **F. G.** 403. In cortice Aceris campestris in Vogesis. **M.**

409. **Corticium giganteum** Fr. **F. G.** 205. In corticibus pineis. **B. L.** et in Pyrenæis. **R.**

410. **Corticium radiosum** Fr. **F. G.** 204? In cortice Cytisi Laburni, *Tarbes.* **R.**

411. **Corticium leve** Pers. In ramis corticatis putridis. **L.**

412. **Corticium variegatum** Roum. **F. G.** 4. In ligno putri Populi, *Luchon.* **R.** — Affine *C. cinereo* Fr.

413. **Corticium piceum** (Pers.) *Theleph. picea* Pers., **F. G.** 3. *Th. Pini* DC. In cortice Pini piceæ in Vogesis. **M.** — A *C. cinereo* forma orbiculari et minutie satis differt.

414. **Corticium puberum** Fr. In ramis decorticatis pineis. **L.** — Setulæ hymenii bacillares, 100 × 8, hyalinæ, leves.

(22) **Corticium cinereum** Pers. **F. G.** 105 ex. p. In ligno populino putri, *Toulouse,* **R.**

(24) **Corticium quercinum** (Pers.) Fr. var. **effusum.** **F. G.** 103. In ramis quercinis, *Toulouse.* **R.**

415. **Corticium Mougeotii** Fr. **F. G.** 5. Ad ramos exsiccatos Pini Piceæ in Vogesis. **M.**

416. **Clavaria uncialis** Grev. **F. G.** 108. Ad caules Sonchi alpini in Vogesis. **M.**

417. **Clavaria argillacea** Fr. **F. G.** 3. In ericetis, *Bruyeres.* **M.**

418. **Clavaria juncea** Fr. **F. G.** 405. Inter folia faginea et quercina in Alsatia. **M.**

419. **Clavaria microscopica** Malbr. & Sacc. Simplex, gregaria v. sparsa, perexigua, filiformis, sordide carneo-alba, alt. mill. $1^1/_4$–$1^3/_4$, 60 micr. cr., deorsum breve attenuata, non omnino (sub vitro) levis; sporæ e basidiis breve conoideis oriundæ, ovoideæ, 6 × 4, hyalinæ. — In calamis Junci effusi prope *Rouen* **Mb.** — *Clavariæ* (Pistillariæ) *pusillæ* Pers. affinis videtur, sed hæc dubia ex Fr.; ceterum nostra a genere Pistillaria valde desciscit.

420. **Typhula sclerotioides** (Pers.) Fr. *Phacorhiza sclerotioides* Pers., **F. G.** 306. Ad caules Sonchi alpini &c. in Vogesis. **M.**

421. **Calocera cornea** Fr. **F. G.** 207. In truncis quercinis &c. in Vogesis. **M.**

422. **Calocera viscosa** (Pers.) Fr. **F. G.** 107. Ad truncos pineos putridos in Vogesis. **M.**

423. **Calocera flammea** (Schäff.) Bon. Hndb. t. 11 f. 237 (in textu ad *C. viscosam* relata). In pinetis vogesiacis ad truncos. **M.** — A *Cal. viscosa* nitore et colore magis vividis differt.

424. **Pterula subulata** Fr. **F. G.** 305. Circa Andegavum (*Angers*) legit Guepin ad terram. **M.**

425. **Exidia glandulosa** (Bull.) Fr. **F. G.** 9. Ad ligna in Vogesis. **M.**

426. **Dacrymyces stillatus** Nees. *D. tortus* Fr. **F. G.** 109. In lignis pineis putrescentibus. **L.**, et *Bagnères.* **R.** — *D. tortus* seu *deliquescens* (Bull.) Duby differt sporis 3–septatis, quæ continuæ (an semper?) in *D. stillato* nostro.

427. **Epidochium atrovirens** Fr. Summa Veg. Scand. *Tremella exigua* Desm., **F. G.** 304. *Exidia minutula* Sacc. Michelia 502. Ad ramos Ulicis, *Rouen* **Mb.**, Sarothamni in Vogesis. **M.**

Lycoperdaceæ *Fr.*

428. **Lycoperdon molle** Pers., Peck Unit. Stat. Lycop. p. 26., *L. excipuliforme* v. *flavescens* Quél.(?). Ad terram. **L.** — Peridium breviter excipuliforme, sordide lutescens, minutissime verruculosum, dein detersum nitens; basis sterilis mediocriter laxe cellulosa; gleba olivascens; flocci ramosi, $2^1/_2$ micr. d. flavo–mellei; sporæ globosæ, minute asperulæ, $3^1/_2$ micr. d., concolores.

429. **Tulasnodea mammosa** Fr. **F. G.** 209. In muscosis Vogesorum. **M.**

Nidulariaceæ Fr.

430. Crucibulum vulgare Tul. — **F. G.** 477. — In lignis. **L.**, in Vogesis. **M.**
431. Cyathus striatus (Huds.) Hoffm. — **F. G.** 210. — In Vogesis. **M.**
432. Cyathus vernicosus (Bull.) DC. — **F. G.** 110. — In Vogesis. **M.**

Hypodermeæ *de Bary.*

433. Ustilago segetum (Pers.) Ditm. *U. Carbo Tul.* **F. G.** 148. In spicis Triticorum in Vogesis. **M.**
434. Entyloma Alismacearum (Cr?) Sacc. *Uredo Alismacearum* Crouan Fl. Finist. p. 8(?). Maculis amphigenis, subcircularibus vage limitatis, subochraceis, crebre minute bullulatis; sporis immersis in quaque foliorum cellula pluribus, arctiuscule conglobatis e sphærico angulosis, 10–12 micr. d., dilute ochraceis, levibus, tunica 1 micr. crassa. — In foliis Alismatis Plantaginis languidis, socio statu conidiophoro *Cylindrosporium Alismacearum,* quod confer in seq. pag. **L.** — *Entylomati Bizzozeriano* Sacc. [sub *Protom.*] affinis species.
435. Uromyces Viciæ Fabæ (Pers). Schröt. **F. G.** 49, et var. *V. angustifoliæ.* In earumdem foliis, *Toulouse, Saintes.* **R. B.**
436. Uromyces Ononidis Pass., *U. Anthyllidis f. Ononidis* Schröt. In foliis Ononidis spinosæ. **B.** Teleutosporæ ellipsoideæ, 25 × 20, minute verruculosæ, cinnamomeæ, stipite hyalino, 25–30 × 4; uredosporæ, subovoideæ, 20–30, ochraceæ.
(34) Uromyces Ficariæ (A. S.) Fuck. *Puccinia Ficariæ* DC. — **F. G.** 247. In foliis Ranunculi Ficariæ in Vogesis. **M.**
437. Uromyces scutellatus (Pers.) Lév. *Uredo scutellata* Pers. **F. G.** 249. In foliis Euphorbiæ Cyparissiæ. **L.** et in Vogesis. **M.**

Obs. Uromycetis species in Euphorbiis parasiticæ sæpissime invicem permutatæ v. confusæ obveniunt. Quæ mihi notæ sequentes sunt:

1. **U. scutellatus** (Pers.) Lév., Rabh. F. E. n. 2367, **U. tuberculatus** Sacc. non Fuck. In Euphorbia Cyparissia et E. virgata. — Teleutosporæ obovoideæ, 25 = 18, modice et æque tuberculatæ, cinnamomeæ.
2. **U. tuberculatus** Fuck. (Schröt. Fungi exs. n. 29.) Hucusque tantum in Euphorbia exigua. Teleutosporæ obovoideæ, 25—28 = 20, obscure cinnamomeæ, minutis verrucis hemisphæricis eximie exasperatæ (magis regulariter quam in *U. scutellato*).
3. **U. proëminens** (Duby) Lév. *U. Chamæsyces* Sacc. Alc. Rugg. 13 fig. 13–15. In foliis E. Chamasyces in Italia, Gallia, Germania. Teleutosporæ ex ovoideo pyriformes, apice papillatæ, 18 = 15, sulcato-tuberculosæ, obscure cinnamomeæ, brevissime hyalino-stipitatæ.
4. **U. excavatus** (DC.) Magn. in Hedw. 1877 p. 71. Cooke Grev. 1879 p. 138. Thüm. M. U. 840 (in E. verrucosa, *Laibach*, Voss); **U. scutellatus** Thüm. (in E. Cyparissia, *Hollenburg*), Sacc. M. V. 439 (in E. Cyparissia et E. dulci in Agro Veneto), Voss. Herb. (in E. verrucosa, *Laibach*), Oudem. F. N. 144 (in E. Gerardiana, Amsterdam); **U. tuberculatus** Thüm. Herb. (in E. verrucosa, *Würtenberg*); **U. levis** Körn. in Hedwigia 1877 p. 38, et in Herb. (in E. Gerardiana, *Bonn.*). Teleutosporæ obovoideæ, cinnamomeæ perfecte leves, 20–25 = 18–19, brevissime hyalino-stipitatæ. In exemplaribus Thümenianis citatis ex *Hollenburg* et *Würtenberg* teleutosporæ sunt equidem leves sed minutissime punctulatæ; hæc forma *punctulata* dicenda.
5. **U. Kalmusii** Sacc. Acervulis hypophyllis dense gregariis convexo—prominulis, epidermide vix excedente cinctis, rufo—cinnamomeis; teleutosporis ellipsoideis, utrinque acutiusculis, magnis, 38—25, apice papilla

obtusa hyalina ornatis, initio longitudinaliter striatulis, denique (udis) fere omnino levibus, stipite cylindraceo hyalino teleutospora quadruplo breviore. — In pag. inf. foliorum Euphorbiæ Cyparissiæ prope Pragam, ubi legit cl. Kalmus. Misit cl. de Niessl sub nom. *U. scutellati* Lév. — Ab *Urom. excavato* (DC.) Magn., cui affinior, statim dignoscitur acervulis emergentibus, teleutosporis conspicue majoribus, initio striatulis.

6. **U. Euphorbiæ** Cooke & Peck in New-Jork St. Mus. Nat. Hist. XXV. Rep. p. 90 et in Thüm. M. U. 947. In Euphorbia maculata et hypericifolia in America boreali (Farlow! Peck!). Ab *U. proëminente* præ ceteris differt teleutosporis paulo majoribus, 22 - 20, asperulis nec vere tuberculatis, pallidioribus.

438. **Puccinia Buxi** DC. — **F. G.** 145. In foliis Buxi sempervirentis. **L.** in Pyrenæis. **R.** Teleutosporæ oblongæ, 60–70 - 25, parum constrictæ, pallide cinnamomeæ, stipite æquilongo, hyalino nixæ.

439. **Puccinia Caricis** Reb. In foliis Caricis strictæ(?) **Mb.**

440. **Puccinia Malvacearum** Mont. In foliis Malvæ sylvestris. **B.**

441. **Puccinia Menthæ** Pers. In foliis Menthæ sylvestris. **L.**

442. **Puccinia Berkeleyi** Pass. *P. Vincæ* Berk. nec Cast. In foliis Vincæ majoris. **L.** Teleutosporæ ovoideæ, 38–40 - 25, parum constrictæ, obtuse apiculatæ, ochraceæ; stipes brevissimus.

443. **Puccinia Lapsanæ** Fuck. In foliis Lapsanæ communis. **L.**

444. **Puccinia Cirsii** Lasch. **F. G.** 46. In foliis Cirsii spinosissimi, *Toulouse.* **R.**

445. **Puccinia Calcitrapæ** DC. **F. G.** 45. In foliis Centaureæ Calcitrapæ, *Toulouse.* **R.** (status uredineus).

446. **Puccinia Conii** Fuck. **F. G.** 141. In foliis Conii maculati, *Valentine.* **R.**

447. **Puccinia Polygoni amphibii** Pers. (1801). *P. Polygonorum,* var. **F. G.** 246. In ejusdem foliis, *Muret.* **R.**

448. **Puccinia Pruni spinosæ** Pers. (1801). *P. Prunorum* Link. (1825). **F. G.** 245. In foliis Pruni domesticæ. *Toulouse.* **R.**

449. **Puccinia Circææ** Pers. **F. G.** 147. In foliis Circææ alpinæ in Vogesis. **M.**

450. **Puccinia Allii** Rud. (1829) *P. Alliorum* Corda (1840) **F. G.** 244. In foliis Allii rosei, *Toulouse.* **R.**

452. **Puccinia Asparagi** DC. **F. G.** 248. In caulibus Asparagi in Vogesis. **M.**

453. **Puccinia sessilis** Schneid. In foliis Phalaridis arundinaceæ variegatæ cultæ. **L.** Teleut. clavato-truncatæ, 30–40 = 15–20, pallidissimæ, episporio apice incrassato et rufo; stipite brevissimo v. subnullo. *P. linearis* R. & Desm. XXIII. Not. p. 3. (1855) in Brachypodio! seu *P. Brachypodii* Fuck. (1869) huic valde accedit.

454. **Puccinia Magnusiana** Körn. *P. Graminis* v. *Arundinis* Pers. in Moug. **F. G.** 47, ex parte. In foliis Phragmitis in Vogesis. **M.**

455. **Puccinia Phragmitis** (Schum.) Körn. *P. Graminis* v. *Arundinis.* **F. G.** 47, ex parte. In iisdem foliis ubi præcedens.

456. **Triphragmium Isopyri** Moug. **F. G.** 319. In foliis Isopyri thalictroidis primus observavit circa Andegavum Guepin. **M.**

457. **Phragmidium asperum** Wallr. In foliis Rubi fruticosi. **L.**

458. **Phragmidium Rosarum** Rabh., *Puccinia Rosæ* DC. **F. G.** 146. In foliis Rosarum in Vogesis. **M.**

459. **Podisoma Sabinæ** (Dicks.) Cooke, *Podisoma Juniperi Sabinæ* (Pers.) Fr. **F. G.** 434. *Puccinia Juniperi* Pers. (1794), *Tremella Sabinæ* Dicks. (1785), *Gymnosporangium fuscum* DC. (1815). — In ramis Juniperi Sabinæ in Vogesis, **M.**

Obs. Quoad species affines, earum nomina, jure prioritatis sequentia habenda sunt: I. **Podisoma clavariforme** (Jacq.) Sacc., *Tremella clavariæformis* Jacq. (1788), *Gymnosporangium clavariæforme* (Jacq.) DC. (1815), *Tremella ligularis* Bull. (1791) *Podisoma ligulare* Chev. *Podisoma Juniperi communis* Fr. (1832). — II. **Gymnosporangium juriperinum** (L.) Nees, *Tremella juniperina* Linn. (1764), *Gymnosporangium conicum* (Hedw. fil., ubi?) DC. (1815).

459. **Melampsora populina** (Jacq.) Lèv. **F. G.** 231 ex p. (*Septoria*) In foliis Populi nigræ, *Toulouse.* **R.**

460. **Melampsora salicina** Lèv. In foliis Salicis fragilis, socia *Darluca Filo.* **L.**

461. **Melampsora betulina** (Fr.) Desm. **F. G.** 320. *M. Betulæ.* (Kl.) Michelia I. p. 454. In foliis Betulæ albæ in Vogesis. **M.**

(42) **Melampsora Tremulæ** Tul. *Sclerotium populneum* Pers. var. **F. G.** 298. In foliis Populi Tremulæ in Vogesis. **M.**

462. **Thecospora areolata** (Fr.) Magn. Karst. Fenn. IV. 58. *Sclerotium areolatum* Fr. **F. G.** 397, *Ascospora pulverulenta* Riess. (Uredosp.). In foliis Padi in Vogesis. **M.**

463. **Coleosporium Compositarum** Lèv. f. *Senecionis cruenti. C. Senecionum* (Rabh.) Fuck. var. In Senecionis cruenti var. cultis (Cineraria hybrida Hort.), quibus valde noxium, in Horto Instituti nautici *Rochefort-sur-mer,* Aut. 1879. **B.**

464. **Coleosporium Tussilaginis** (Pers.) Lèv. **F. G.** 250. In foliis Farfaræ, *Valentine.* **R.**

365. **Coleosporium Inulæ** (Kze) Fuck., **F. G.** 48 (sub *Ured.*). In foliis Inulæ viscosæ, *Collioure.* **R.**

466. **Uredo miniata** Pers., **F. G.** 51. *U. pinguis* DC. In ramulis vivis Rosarum. **L.** et in foliis R. Eglanteriæ in Vogesis. **M.**

Obs. Lèv., Bonord., Fuck. ducunt hanc formam

ad *Coleosporium;* Schröter — ut mihi videtur rectius — ad statum hymenicum *Phragmidii Rosarum.*

467. **Uredo gyrosa** Reb. In pag. *superiore* fol. Rubi fruticosi var. **L.** (Status *Phragmidii* cujusdam).

468. **Æcidium leucospermum** DC. **F. G.** 54. In foliis Anemones nemorosæ in Vogesis. **M.**

469. **Æcidium crassum** Pers. **F. G.** 151. In foliis Frangulæ in Vogesis. **M.**

470. **Æcidium Berberidis** Pers. **F. G.** 253. In foliis Berberidis vulgaris in Vogesis. **M.**

471. **Peridermium elatinum** (A. & S.) K. & S. Fuck. Symb. 42.

472. **Æcidium elatinum** A. & S. **F. G.** 53. In ramis Abietis pectinatæ in Vogesis. **M.**

473. **Ceratitium cornutum** (Pers.) Rabh., *Rœstelia cornuta* Tul. **F. G.** 52. In foliis Sorbi Aucupariæ in Vogesis. **M.**

474. **Ceratitium laceratum** (Sow.) Rabh. *Rœstelia lacerata* Fr. **F. G.** 150. In foliis Cratægi Oxyacanthæ, *Prades.* **R.**

475. **Rœstelia cancellata** Reb. **F. G.** 252. In foliis Pyri communis in Vogesis. **M.**

476. **Graphiola Phœnicis** Poit. **F. G.** 7. In foliis Phœnicis dactyliferæ. *Collioure.* **R.**

477. **Phelonites strobilina** Chev. **F. G.** 342. *Æcidium strobilinum* Rees. *Pleosporopsis strobilorum* Œrst. In squamis strobilorum Abietis excelsæ in Vogesis **M.** — Sporæ globoso-ovoideæ, 22 = 18, verruculosæ, flavidæ.

Phycomyceteæ de Bary.

478. **Peronospora sordida** Berk. In foliis Scrophulariæ aquaticæ. **L.**

479. **Peronospora Linariæ** Fuck. In foliis Antirrhini Orontii. **L.**

(48) **Peronospora Ficariæ** Tul. **L.** Oogonia subglobosa, fulva, 35 micr. d. sublevia; oosporæ sphæricæ hyalinæ, crassiuscule tunicatæ, levissimæ, 30 micr. d.

480. **Cystopus Bliti** (Biv.) de Bary. **F. G.** 50. In foliis Amaranthi retroflexi, *Toulouse.* **R.**

481. **Cystopus candidus** (Pers.) Lév. **F. G.** 149. In foliis Cochleariæ Armoraciæ in Vogesis. **M.**

482. **Cystopus cubicus** (Str.) Fr. *C. candidus* var. *Scorzonerœ.* **F. G.** 251. In ejusdem foliis in Vogesis. **M.**

483. **Mucor stolonifer** Ehrenb. **F. G.** 443. In pane corrupto *Toulouse.* **R.**

484. **Mucor Phycomyces** Berk. **F. G.** 62 *Ulva nitens* Agardh. In residuis Brassicæ ad oleum exprimendum adhibitæ, *Nantes,* legit G. Genevier. **R.**

485. **Synchytrium Anemones** (DC.) Woron. *Dothidea Anemones* Fr. **F. G.** 192. In foliis, petiolis &c. Anemones nemorosæ in Vogesis. **M.**

Pyrenomyceteæ *Fr.*

Erysipheæ *Lév.*

(51) **Erysiphe lamprocarpa** Link. f. **Plantaginis** **F. G.** 261. In foliis Plantaginis majoris, *Agen.* **R.**

486. **Microsphæria Berberidis** (DC.) Lév. **F. G.** 159. (exempl. imperf.). In foliis Berberidis vulgaris, *Bagneres.* **R.**

487. **Phyllactinia suffulta** (Reb.) Sacc. *Ph. guttata* (Wallr.) Lév. **F. G.** 260. In foliis Coryli Avellanæ in Vogesis. **M.**

Obs. Speciei synonymia, quam extricare conatus sum, sequens est: *Sclerotium Erysiphe* β *corylea* Pers. (1801), *Scl.* (Erysibe) *suffulta* Rebent. (1804), *E. Coryli* DC. (1805), *E. vagans* Biv. Bernh. (1815), *E. pachypus* Martius (1817), *Alphitomorpha guttata* Wallr. (1819). Ex quo patet nomen Rebentischii esse jure prioritatis præferendum. Observandum quod *Mucor Erysiphe* Linnæi et *Sclerotium Erisiphe* Pers. omnes pene Erysiphaceas complectantur.

488. **Eurotium Herbariorum** (Wigg., 1780). Link. forma **lateritia.** *Farinaria sulphurea Sow.* (circ. 1800). **F. G.** 444. In tela corrupta linea, *Toulouse.* **R.**

Sphæriaceæ *Fr.*

Sect. 1. **Allantosporæ** Sacc.

(63) **Valsa** (Euvalsa) **ambiens** (Pers.) Fr. **F. G.** 474. In ramis Fagi in Vogesis. **M.**

489. **Valsa** (Euvalsa) **ceratophora** Tul. f. *major.* **F. G.** 175. In ramis quercinis in Vogesis. **M.** — f *minor. Sphæria Penicillus* Pers. **F. G.** 491. (= *V. decorticans* Fr. sec. Hoffm. *Ind.*). In ramis quercinis in Vogesis. **M.**, in ramis Castaneæ. **B.**

490. **Valsa** (Leucostoma) **Kunzei** Fr. *Sphæria oxystoma* Pers. in Moug. **F. G.** 362. In cortice Pini piceæ in Vogesis. **M.**

491. **Valsa** (Leucostoma) **nivea** (Hoffm.) Fr. **F. G.** 176. cortice Populi Tremulæ in Vogesis. **M.**

492. **Valsa** (Leucostoma) **leucostoma** (Pers.) Fr. f. *Padi. Sphæria pustulata* Pers. in Moug. **F. G.** 284. In ramis Pruni Padi in Vogesis. **M.**

(56) **Eutypa lata** (Pers.) Tul. **F. G.** 74. In ligno fagineo in Vogesis. **M.**, in ramis Ulicis et Coryli. **B.**

493. **Eutypa heteracantha** Sacc. *Sphæria Weigeliæ* Roum. **F. G.** 481. In ramis Weigeliæ roseæ, *Tarbes.* **R.**

494. **Eutypa flavo-virens** (Hoffm.) Tul. **F. G.** 171 Ad ramos exsiccatos in Vogesis. **M.**

495. **Eutypa spinosa** (Pers.) Tul. **F. G.** 274. In ligno indurato Fagi emortuæ in Vogesis. **M.**

Obs. Tandem hujus speciei exemplaria, diu exoptata, videre contigit, quæ plenissime confirmant suspicionem jam meam *Datrypem Bérengerianam* DNtrs identicam esse cum *Eutypa spinosa* (Pers.) cujus nomen, ergo, in *Diatrypes Bérengerianæ* loco substituendum est.

496. **Eutypella Sorbi** (Schm.) Sacc. *Valsa Sorbi* DNtrs. *Sphæria Sorbi* Fr. **F. G.** 374. In ramis Sorbi Aucupariæ in Vogesis. **M.**

(61) **Eutypella Brunaudiana** Sacc. Mich. I. 505. **F. G.** 473.

497. **Calosphæria Princeps** Tul. *Valsa pulchella* (Pers.) Fr. **F. G.** 278. In cortice Pruni Cerasi in Vogesis. **M.** et in ditione Eburensi. **Mb.**

498. **Calosphæria vasculosa** Sacc. Peritheciis in acervulos minutos sub peridermio laxe aggregatis, globosis, majusculis, $^1/_2$–$^3/_4$ mill. d., nigris, levibus, ostiolis obtuse conoideis, subconvergentibus, dein erumpentibus; perithecii contextu pachydermatico, fuligineo; ascis cylindraceo-clavatis, deorsum attenuatis, 70–80 = 9–10, paraphysibus asco longioribus, filiformibus septulatis obvallatis, octosporis; sporidiis distichis botuliformibus, curvulis, 10–12 = 3, 2–3-guttulatis nubilosisque, hyalinis. In ramis corticatis Betulæ albæ. **L.** — A speciebus mihi notis probe distincta.

(67) **Diatrype Stigma** (Hoffm.) Fr. **F. G.** 79 (*Stictosphæria Hoffmanni* Tul.). In cortice Castaneæ, *Cazeres*. **R.** — var. **undulata** (Pers.). **F. G.** 276. Ad ramos coryleos in Vogesis. **M.** — var. **decorticans** (Pers.). **F. G.** 281. Ad ramos fagineos in Vogesis. **M.**

499. **Diatrype disciformis** (Hoffm.) Fr. **F. G.** 174. In ramis fagineis corticatis. **L.**, in Vogesis. **M.**

(70) **Diatrypella verruciformis** (Ehr.) Nke. **F. G.** 469. In ramis variis, Coryli, Quercus, Salicum in Vogesis. **M.**

500. **Cœlosphæria Fuckelii** (Nke) Sacc. *Nectria Cucurbitula*. **F. G.** 459 (nec auctor.). In ramis Robiniæ Pseudacaciæ in Vogesis. **M.** Asci cylindraceo-clavati 60–70 = 8–10, breve stipitati, apice rotundati, 8-spori, aparaphysati(?); sporidia botuliformia, 8–10 = 1–$2^1/_2$, 2-guttulata, perfecte hyalina. Adest spermogonium: *Phoma Fuckelii:* peritheciis ascophoris intermixtis, minutis, globulosis; spermatiis botuliformibus, minutissimis, 3–4 = $^3/_4$, hyalinis, basidiis bacillaribus, 8 = 1, e strato proligero luteolo oriundis suffultis.

Sect. 2. **Hyalosporæ** Sacc.

501. **Ceratostomella stricta** (Pers.) Sacc. *Sphæria pulveracea.* **F. G.** 489. Ad ligna Quercus exsiccata in Vogesis. **M.**

Obs. Perithecia globulosa, obtusa, conoideo–rostellata. Asci cylindraceo–clavati p. s. 35 × 6, stipitati, apice tunica integra rotundati, 8–spori; sporidia disticha oblonga, recta, 8 × $1^1/_2$–2, 2–4–guttulata, hyalina.

502. **Ceratostomella? trichina** (Moug.) Sacc. *Sphæria trichina* Pers. in Moug, **F. G.** 187. In Quercus ligno putri in Vogesis. **M.** Affinis, etiam ex Frieso, *C. strictæ,* a qua differt ob setulas perithecii. Nucleum vero albo–cellulosum, asporum vidi.

503. **Gnomonia Coryli** (Batsch) Auersw. **F. G.** 483. In foliis Coryli Avellanæ, *Toulouse.* **R.**

Obs. Sphæria Coryli **F. G.** 84. diversum pyrenomycetem asporum sistit, nec tamen ad folia Coryli (sed Loniceræ?).

504. **Gnomonia tubiformis** (Tode) Auersw. **F. G.** 81. (*Cerastoma tubiforme* Quél). In foliis Alni glutinosæ in Vogesis. **M.**

505. **Gnomonia fimbriata** (Pers,) Auersw. **F. G.** 285. In foliis Carpini in Vogesis. **M.**

506. **Gnomonia setacea** (Pers.) DNtrs. **F. G.** 486. (*Sphæria*). In foliis Betulæ albæ in Vogesis **M.** — Var. *ischnostyla* Desm. In petiolis Pseudoplatani. **L.** — Asci (in var.) sub–fusoidei, 50 × 7–8, octospori, apice 2–foveolati; sporidia disticha anguste fusoidea, 15 × 1, 4–guttulata, hyalina (non omnino mutica visa).

507. **Læstadia Cookeana** (Auersw.) Sacc. Sphæria punctiformis Pers. **F. G.** 291. In foliis quercinis in Vogesis. **M.** — Asci clavulati 40 × 10, octospori, deorsum attenuati; sporidia disticha ovoideo-oblonga 7–9 × 3–4, subhyalina.

508. **Lasiobotrys Loniceræ** Kunze. In foliis Loniceræ cæruleæ. **L.**

509. **Cryptosporella hypodermia** (Fr.) Sacc. In ramis corticatis Ulmi campestris. **L.**

Sect. 3. **Phæosporæ** Sacc.

510. **Anthostomella phæosticta** (Berk.) Sacc. In culmis donacinis. **B.**

511. **Rosellinia pulveracea** (Ehrh.) Fuck. In trabe populea prope *Luchon,* socio *Dinemasporio hispidulo.* **R.** (Adest una cum n. 4. **F. G.**).

512. **Rosellinia mammiformis** (Pers.) C. DNtrs. **F. G.** 85. In corticibus putrescentibus in Vogesis. **M.** Perithecia exacte hemisphærica, $^3/_4$ mill. d., nitidula, bysso fusco parcissimo cincta, ostiolo eximie papillato, breviusculo. Asci mox fluxiles; sporidia oblongo-navicularia, inæquilateralia, 20–22 × 7–8, utrinque obtusiuscula, fusca hyalinoque appendiculata, appendicula superiore 6–7 × 2, inferiore 10–12 × 2. — Inter *R. mammiformem* meam (F. It. t. 589) et *R. thelenam* (Fr.) Rabh. (F. It. t. 587) mediam, sed huic affinior ob sporidiorum formam et appendices; ab eadem distincta tamen ob peritheciorum formam minus acutam et magnitudinem minorem. *R. mammiformis* mea tunc erit dicenda *R. mastoidea.*

513. **Hypoxylon coccineum** Bull. **F. G.** 72. et 72 B. In ramis fagineis in Vogesis **M.**, prope *Bagneres.* **R.**

514. **Hypoxylon cohærens** (Pers.) Fr. **F. G.** 462. In ramis corticatis fagineis in Vogesis. **M.**

515. **Hypoxylon atropurpureum** (Tode) Fr. **F. G.** 249. (*Sph. Vogesiaca* Moug.). Ad ligna indurata Aceris Pseudoplatani in Vogesis. **M.**

616. **Thamnomyces** (Chænocarpus) **Simonini** Desm., Moug. *Simoninus Mougeotii* Roum. **F. G.** 311. Ad terram in cella uda *Nancy* leg. Simonin. **M.** Cfr. Roum Rev. Mycol. I. 118. 149.

517. **Chætomium comatum** (Tode) Fr. In culmis putridis Tritici. **L.**

518. **Chætomium Fieberi** Corda. *C. pannosum.* **F. G.** 61. In tela putri linea *Toulouse.* **R.** Setæ præ-

longæ ut lurimum simplices; sporidia limoniiformia 10–11 ≈ 8, fuliginea.

519. **Chætomium atrum** Link. **F. G.** 325. In lignis putridis a celebri Desmazieres lectum. **M.** — Perithecia dense gregaria globulosa 1 mill. d., aterrima, dein superne glabrata nitidulaque, pilis longissimis maxime tortuosis subsimplicibus, 6–7 micr. cr. fuscis vestita et circumdata. Sporidia limoniiformia, 12 ≈ 9–10, pluriguttulata, violaceo-fusca.

520. **Xylaria Hypoxylon** (Ehrenb.) Grev. **F. G.** 172. Ad truncos putridos in Vogesis. **M.**

521. **Xylaria carpophila** (Pers.) Fr. **F. G.** 461. Ad pericarpia Fagi in udis Vogesorum. **M.**

(82) **Ustulina vulgaris** Tul. **F. G.** 73. Ad truncos putridos in Vogesis. **M.**

Sect. 4. **Didymosporæ** Sacc.

522. **Venturia Kunzei** Sacc. In pag. sup. foliorum Rubi, *Rouen.* **Mb.** — Asci clavulati, 45 ≈ 10–12, aparaphysati, 8-spori; sporidia disticha, oblongo-clavulata, 8–10 ≈ 4–5, tenuiter 1-septata, vix constricta, dilutissime chlorina. Setulæ perithecii aciculares, 50–60 ≈ 4, fuligineæ.

523. **Venturia Potentillæ** (Sow.) Sacc. *Stigmatea Potentillæ* Fr. **F. G.** 498. Ad folia Potentillæ anserinæ legit Bouteille. **M.**

524. **Venturia Johnstonii** (B. & Br.) Sacc. *Dothidea Johnstonii* B. & Br. Cooke Handb. p. 806. In pag. superiore foliorum Epilobii montani nondum emortuorum. **L.** — Perithecia in acervulos maculiformes hinc inde dense aggregata, globoso-conica circa verticem setulis cuspidatis, 26–40 ≈ 5, atris vestita; asci cylindracei, brevissime stipitati, 50–60 ≈ 15, apice tunica integra obtusiusculi, aparaphysati, 8spori; sporidia disticha clavato-oblonga, 15–16 ≈ $5^1/_2$–6, 1-septata, lenissime constricta, 4–guttulata, chlorino-hyalina.

525. **Stigmatea Ostruthii** (Fr.) Oudem. *Sphæria Ostru-*

thii Fr. **F. G.** 366. Ad folia Imperatoriæ Ostruthii in Vogesis. **M.**

(84) Sphærella maculiformis (Pers.) Auersw. **F. G.** 188, In foliis Quercus et Castaneæ, *Toulouse.* **R. B.**, Æsculi. **L.**

(86) Sphærella brassicicola (Duby) C. DNtrs. In foliis Brassicæ. **B.** — var. *siliquæ Brassicæ.* **Mb. L.**

526. Sphærella Fagi Auersw. Ad folia Fagi. **Mb.**

527. Sphærella isariphora (Desm.) DNtrs. **F. G.** 360 (*Sphæria*). In foliis Stellariæ gramineæ *Gendertheim* legit cl. Caspary. **M,**

528. Sphærella macularis (Fr.) Auersw. **F. G.** 494. (*Sphæria*). Ad folia Populi Tremulæ in Vogesis. **M.**

529. Sphærella brunneola (Fr.) Cooke. **F. G.** 352. (*Sphæria*). Ad folia exsiccata Convallariæ majalis in Vogesis. **M.**

530. Sphærella Eryngii (Wallr.) Cooke. *Septoria Eryngii.* **F. G.** 422 nec West. In foliis Eryngii campestris, *Toulouse.* **R.**

531. Sphærella Schœnoprasi Auersw. Ad folia Allii Porri. **Mb.** — Perithecia sublenticularia 140–150 micr. d., contextu distincte parenchymatico ochraceo–fuligineo. Asci cylindraceo–obclavati, brevissime crasse stipitati, 60–80 × 18–22, apice tunica integra crassiuscula, 8–spori; sporidia subdisticha, cylindraceo–clavata, utrinque obtusiuscula, 20 × 6, 1–septata vix constricta, hyalina.

532. Sphærella Œdema (Fr.) Fuck. **F. G.** 361. In foliis Ulmi campestris. **M.**

533. Sphærella circumvaga (Desm.) Sacc. *Dothidea circumvaga* Desm. XIV. Not. p. 175. *Dothidea Epilobii* Fr. f. Medicaginis. **F. G.** 467. In caule Medicaginis falcatæ in Vogesis. **M.** — Asci breves, clavati, apice rotundati; sporidia oblongo–clavulata, 8—10 × 4, tenuiter 1—septata, hyalina. Perithecia confertissima, sed discreta.

534. Sphærella nebulosa (Pers!, Fr!) Sacc. *Sphæria*

nebulosa Pers! Moug. *Phoma nebulosum.* **F. G.** 408, non Berk. In caulibus Solidaginis in Vogesis. **M.** — Asci crasse clavati, 50 ≈ 15; sporidia 2–3–stricta, 14–16 ≈ 5, ovato–fusoidea, utrinque (plerumque) acutiuscula, 1–septata, vix constricta, hyalina. Perithecia lenticularia, 130 micr. d.

535. **Sphærella Mougeotiana** Sacc. *Sphæropsis Atomus* Lév.(?). **F. G.** 388. Maculis foliorum arescendo expallentibus vagis; peritheciis punctiformibus hypophyllis, tectis; ascis cylindraceis, breve stipitatis, 50–60 ≈ 8, apice obtusiusculis, aparaphysatis(?), octosporis; sporidiis distichis fusoideis, utrinque obtusiusculis, 14 ≈ 3, rectis, 1–septatis (v. ob plasma 4–partitum, simulate 3–septatis) hyalinis.

Hab. in foliis Rubiæ peregrinæ in Vogesis. **M.**

(83) **Microthyrium microscopicum** Desm. **F. G.** 497. In foliis Quercus, Fagi &c. **M. Mb.**, in ramulis Vineæ. **B.**

536. **Microthyrium fuscellum** Sacc. Peritheciis sparsis, clypeiformibus, superficialibus, margine eximie fimbriatis, 150 micr. d., radiatim contextis, ad porum latiusculum densioribus; ascis obclavatis, breve crassiuscule sæpe oblique stipitatis, 60–70 ≈ 20, apice lumine coarctato, aparaphysatis, 8–sporis; sporidiis 2–3–stichis, oblongo–fusoideis, constricto–1–septatis, rectis curvulisve, 23–25 ≈ 7–8, utrinque obtusiusculis, 4–guttulatis, hyalinis dein dilute fuscellis. — In caulibus Teucrii Chamædryos. **L.**

537. **Didymella exigua** (Niessl.) Sacc. In caulibus Verbenæ officinalis. **B.** (n. 65). — Asci 60 ≈ 12–13; sporidia ad septum leniter constricta, 15–17 ≈ $4\frac{1}{2}$–5.

***Didymella media** Sacc. A *D. exigua* differt ascis majoribus, 80–90 ≈ 12–14, æque paraphysatis; sporidiis fusoideis, rectis curvulisve, majoribus, 20 ≈ 5–6, 1–septatis, non constrictis, 4–guttulatis, hyalinis; peritheciis lenticularibus paulo majoribus, contextu parenchymatico fuligineo. In caule Verbenæ of-

ficinalis. **L.** — Inter *D. effusam* (Niessl) et *D. exiguam* (Niessl) media.

538. **Didymella vexata** Sacc. *Didymosphæria oblitescens* Fuck. Symb. Mycol. App. I. 301. nec B. & Br. In ramulis Corni sanguineæ. **L.** — Perithecia lenticularia subvelata pertusa, 250 micr. d., contextu parenchymatico melleo-fusco. Asci clavati, crassi, deorsum attenuati, 100–110 × 30, lumine apice coarctato, paraphysibus guttulatis obvallati, 8-spori; sporidia disticha, obovata, 25–27 × 14–16, 1-septata, non constricta, hyalina.

539. **Amphisphæria ericeti** Sacc. & Sp. In ramis induratis decorticatis Ericæ vulgaris, *Brionne* (*Eure*). **Mb.** — Asci cylindracei 75 × 10–12, paraphysati; sporidia oblique 1-sticha, clavulata, bilocularia, non constricta, muco diu obvoluta, 12–14 × 4, cum muco 15–16 × 8, hyalina.

540. **Melanopsamma pomiformis** (Pers.) Sacc. Sphæria pomiformis Pers. **F. G.** 181. Ad truncos exsiccatos Alni glutinosæ in Vogesis. **M.**

541. **Melanopsamma Ruborum** (Lib.) Sacc. *Sphæria Ruborum* Lib., an etiam huc *S. callimorpha* Mont.? In sarmentis Rubi fruticosi. **L.** — Perithecia globoso-papillata, villo fuligineo interseminata; setæ cuspidatæ, basi incrassatæ, 200 × 6, septatæ, fuligineæ. Asci cylindraceo-fusoidei breve stipitati, apice tunica integra obtusi, 80–90 × 10, parce paraphysati, 8-spori; sporidia fusoidea, 15–$3^1/_2$–$4^1/_2$, 2–4-guttulata, hyalina, denique 1-septata, dilute fuscella.

542. **Otthia Brunaudiana** Sacc. Peritheciis globoso-depressis, breve papillatis, $^1/_4$ mill. d., in cespitulos parvos subcutaneos denique erumpentes aggregatis; contextu celluloso-pachydermatico, fusco; ascis cylindraceis breve stipitatis, apice tunica integra obtusis, 150 × 16, paraphysibus filiformibus obvallatis, 8sporis; sporidiis oblique monostichis ovoideo-oblongis, 30 × 14–15, constricto-didymis, 2-guttatis, initio olivaceis, dein atrofuligineis, strato hyalino pertenui

sæpe obvolutis. — In ramis Ribis sanguinei, **B.** (n.° 75).

543. **Ditopella fusispora** DNtrs. Sphæria ditopa Fr. **F. G.** 485. Ad ramos emortuos Alni glutinosæ in Vogesis. **M.**

544. **Endothia gyrosa** (Schw.) Fuck. *Nectria chrysites* **F. G.** 460, nec Kx. In ramis corticatis Fagi, *Tournay*. **R.**

545. **Melanconis stilbostoma** (Fr.) Tul. v. **Papula** Fr. **F. G.** 471. In ramis betulinis in Vogesis. **M.**

546. **Diaporthe** (Scler.) **Hystrix** (Tode) Sacc. F. Ven. IV. 6. Diatrype Hystrix Fr. **F. G.** 76. Ad ramos Aceris Pseudoplatani in *M. Hohenek* et *Rotabec* Voges. **M.**

547. **Diaporthe** (Scler.) **Hystricula** Sacc. & Sp. Mich. 392. *Sphæria Lebiseyi* Desm. p.p. (in *Acere camp.*) **F. G.** 482. In ramis Aceris campestris in Vogesis. **M.**

548. **Diaporthe** (Scler.) **affinis** Sacc. Mich. I. 28. In ramis Coryli Avellanæ. **B.** — Sporidia breve fusoidea 30 × 10, 1-septata, 2-4-guttulata, initio utrinque appendiculata, hyalina. Asci lumen apice obsolete 2-foveolatum.

(92) **Diaporthe** (Scler.) **syngenesia** (Fr.) Nke. In ramis Frangulæ. **Mb.**

(94) **Diaporthe** (Scler.) **Cratægi** (Curr.) Nke. In ramis Oxyacanthæ. **L.**

549. **Diaporthe** (Eup.) **Tulasnei** Nke. In caulibus Aristolochiæ Clematitis. **L.** Exemplaria non prorsus certa, quia immatura.

550 **Diaporthe** (Eup.) **asphodelea** Sacc. Stromate effuso caulis superficiem nigrificante, zona nigra infralimitato; peritheciis immerso—prominulis, sparsis lenticularibus $^1/_3$ mill. d., ostiolis punctiformibus; ascis clavulatis, subsessilibus, 70-80 × 8, apice lumine bifoveolato, octosporis, aparaphysatis; sporidiis distichis breve fusoideis, curvulis, 14-15 × 4-5, 1-septatis, vix constrictis, 4-guttulatis, hyalinis, utrinque obtu-

sculis. In caule Asphodeli. **L.** — A *D. Asparagi* (Fuck.) Nke certe diversa.

551. **Diaporthe** (Eup.) **Kœlreuteriæ** (Dur.) Sacc. **F. G.** 287 (*Sphæria*). In ramis Kœlreuteriæ paniculatæ *Bordeaux*. **R.** Specimina visa non prorsus matura. Adest simul: **Phoma Kœlreuteriæ**: peritheciis punctiformibus, subtectis; spermatiis oblongo-cylindraceis, 4 × 1–2, basidiis duplo longioribus suffultis; et **Diplodia Kœlreuteriæ**: peritheciis globulosis, papillatis, subtectis; stylosporis oblongo-ellipsoideis, diu continuis, 25 × 14, stipitellatis.

552. **Diaporthe** (Eup.) **Eburensis** Sacc. Stromate late effuso, caulis superficiem nigrificante, zona nigra infra haud limitato; peritheciis, dense gregariis, ligno immersis, $^1/_3$ mill. d., globulosis, ostiolis conoideis breve extantibus matricemque asperulam reddentibus; ascis fusoideis, 70 × 10–11, apice lumine bifoveolato, aparaphysatis, octosporis; sporidiis distichis fusoideis, utrinque obtusiusculis curvulis, 15–16 × 4, constricto-1-septatis raro spurie 3-septatis, 4-guttulatis, hyalinis. In caulibus Leucanthemi vulgaris, Julio, in regione Eburensi (*Eure*). **Mb.** — A *Diap. Arctii* (Lasch.) sporidiis majoribus et constrictis ostiolisque abbreviatis obtusis differt; a *D. immersa* Nke et *D. orthocerate* sporidiis curvis, constrictis, paulo majoribus; a *D. lineari* (Nees) linea stromatica nulla, ostiolis brevioribus &c.

In specie nunc descripta inque aliis sporidia præter septum normale præbent in quoque loculo septum alterum, quod vero spurium habendum est, nam nulla adest constrictio in mediis loculis; fictio hæc e divisione plasmatis oritur, fitque magis manifesta si sporidia vel Hydrate Kalico vel Ammoniaco inde que Chloro-joduro Zynchi tractentur.

553. **Diaporthe** (Eup.) **discors** Sacc. Stromate varie effuso interruptoque, caulis superficiem nigrificante, linea nigra infra non limitato; peritheciis sparsis globulosis $^1/_3$ mill. d., ostiolis vix extantibus punctiformibus; ascis fusoideo-clavatis, 60–62 × 10–11, lu-

mine apice 2–foveolato, aparaphysatis octosporis; sporidiis fusoideis curvulis, utrinque obtusiusculis, 17–18 ≈ 4–4½, 4–guttatis, hyalinis. — In caule Rumicis obtusifolii. **B.** — A *Diap. maculosa* S. & S. Michel. I. 383 probe diversa.

554. **Diaporthe** (Tetr.) **mitis** Sacc. Stromate effuso obsoleto; peritheciis laxe gregariis, cortice nidulantibus, tumidulisque, globoso depressis, ⅓ mill. d. ostiolis brevissime conoideis; ascis fusoideis, 70–75 ≈ 9–10, apice bifoveolatis, aparaphysatis, octosporis; sporidiis fusoidoeis, utrinque acutiusculis curvulis, 15 ≈ 3–4, constricto–1–septatis, 4–guttulatis, hyalinis. — In ramis Ribis rubri corticatis. **L.** — A *Diap. pungente* Nke. Ribis quoque incola, differt ostiolis abbreviatis, nec pungentibus, aliisque notis.

555. **Diaporthe** (Tetr.) **Laschii** Nke. In ramis Evonymi europæi. **L.**

556. **Diaporthe** (Tetr.) **Lirella** (Moug. Nest.) Nke. *Ampullaria Lirella* Quél. **F. G.** 92. In caulibus Spirææ Ulmariæ. **L.** et in Vogesis. **M.**

557. **Diaporthe** (Tetr.) **Ophites** Sacc. *Sphæria Ketmiæ* Ces. **F. G.** 87. In ramis Hibisci syriaci, *Perpignan.* **R.**

558. **Diaporthe** (Tetr.) **rostellata** (Fr.) Nke. In sarmentis Rubi fruticosi. **L.** qui legit quoque (n.° 95) *D. resecantem* Nke in Syringa.

559. **Diaporthe** (Tetr.) **disseminata** Sacc. Stromate effuso obsoleto, linea nigra nulla circumscripto; peritheciis subcutaneis lignoque partim infossis, sparsis, globulosis, diam. ½–¾ mill., ostiolis vix extantibus; ascis cylindraceo–fusoideis, 80–90 ≈ 12–14, apice lumine 2–foveolato, aparaphysatis, 8sporis; sporidiis biconico–fusoideis utrinque obtusiusculis 15–20 ≈ 5–6, constrictis, 4–guttulatis. — In ramis corticatis Ailanthi glandulosæ. **B.** A *Diap.* (Scl.) *Ailanthi* Sacc. stromate haud valseo, ascis sporidiisque majoribus satis superque recedit.

Sect. 5. **Phragmosporæ** Sacc.

560. **Leptosphæria Michotii** (West.) Sacc. In calamis Junci effusi. **B.** — Asci 50–60 × 15; sporidia cylindracea 14–18 × 3–$^1/_2$–4 2—septata, olivacea (sporormiacea!).

561. **Leptosphæria Nardi** (Fr.) Ces. DNtrs. Sphæria duplex β Nardi. **F. G.** 353. Ad folia Nardi strictæ in Vogesis. **M.**

562. **Leptosphæria nigrans** (Rob. & Desm.) Ces. DNtrs. In culmis triticorum *Franqueville*. **Mb.** — Habitu satis differt a *L. culmicola* (Fr.) cui peraffinis.

563. **Leptosphæria Rousseliana** (Desm.) Ces. DNtrs. **F. G.** 371 *(Sphæria)*. In vaginis Phlæi Böhmeri, *Fontainebleau* legit Roussel. **M., Mb.** — Sporidia perfecte evoluta nondum vidi.

564. **Leptosphæria eustoma** (Fuck.) Sacc. In vaginis Phragmitis communis. **B.** — Asci crasse clavati 60–70 × 14; sporidia fusoidea, 18–20 × 4–$5^1/_2$, curvula, 3—septata, loculo secundo nonnihil crassiore, flavo—olivacea.

565. **Leptosphæria Rusci** (Wallr.) Sacc. *Sphærella Rusci* DNtrs. **F. G.** 290. In foliis Rusci Hippoglossi. *) *Pau.* **R.**

566. **Leptosphæria Roumeguèri** Sacc. *Ampullina rubella* Quél.(?) **F. G.** 288. — Peritheciis erumpenti-superficialibus, sparsis v. hinc inde aggregatis, globulosis, $^1/_4$ mill. d., nigris, ostiolo exquisite conoideo; ascis cylindraceo-clavatis, 100–120 × 15, apice rotundatis, deorsum attenuatis breveque stipitatis, paraphysatis, octosporis; sporidiis oblique monostichis, fusoideis, curvulis, utrinque acutiusculis, 30–35 × 6–7, 7–8-cuboideo—nucleatis, septatisque, vix constrictis, initio strato mucoso obductis. — In tela e Phormio contexta, putri, *Toulouse*. **R.** — Affi-

*) Rectius scribitur *Hippoglossum* (ιππόγλωσσον Diosc. Mat. Med. Lib. IV.) quam *Hypoglossum*, ut a plerisque recentioribus.

nis *Lept. hyalosporæ* Sacc., quæ differt sporidiis torulosis, haud mucosis &c.

(113) **Leptosphæria acuta** (Pers., Moug.) Karst. **F. G.** 91 (*Ampullaria*). In caule Urticæ in Vogesis. **M.**

(115) **Leptosphæria Doliolum** (Pers.) C. DNtrs. **F. G.** 289 (*Ampullaria*). In caule Cardui. **Mb.**, Urticæ. **L.**, Umbelliferarum in Vogesis. **M.**

567. **Leptosphæria helminthospora** (Ces.) DNtrs. In caulibus Crithmi maritimi *Bruneval.* **L.** — Asci clavati 90–100 × 15; sporidia disticha cylindraceo–clavata, 25–28 = 6, deorsum attenuata, toruloso– 5–6–septata, dilute flava.

568. **Leptosphæria pellita** (Rabh. et Kl.) Sacc. *Sph. Brachycladii* Lacr. **F. G.** 350. In caulibus Papaveris in agro Pictaviensi. **M.**

(116) **Leptosphæria agnita** (Desm.) C. DNtrs. In caulibus variis. **Mb.**

569. **Leptosphæria rothomagensis** Sacc. Peritheciis sparsis, innatis, globosis, $^1/_2$ mill. d. ostiolo erumpente breve conoideo; ascis clavatis apice rotundatis, deorsum attenuato–stipitatis, 130 = 18, p. spor. 80–90 = 18, breve paraphysatis octosporis; sporidiis distichis, cylindraceo-oblongis, curvulis, utrinque rotundatis, 25–27 × 8, constricto–3–septatis, 4–guttulatis, atrofuligineis. In caulibus Senecionis erucifolii, *Rouen.* **Mb.**

570. **Leptosphæria dumetorum** Niessl. ***Marrubii**. In caule Marrubii vulgaris. **B.** (n.° 118). — Perithecia globoso–depressa, minuta, tecta, dein liberata, $^1/_4$ mill. d., denique nonnihil collabascentia. Asci clavato–cylindrici, 90–100 = 7; sporidia fusoidea, 20 = 5–$5^1/_2$, 3–septata, 4–guttata, olivaceo–flava, conferte disticha.

571. **Leptosphæria sarmenticia** Sacc. Peritheciis laxe gregariis, epidermide velatis, lenticularibus, papillulatis, $^1/_6$ mill. d.; ascis clavatis, breve stipitatis, apice subrotundatis, 70–80 = 10, paraphysatis, octosporis; sporidiis distichis, fusoideis, rectis, curvulisve, medio

leniter contractis, 27–30 = 5–6, crasse 6-nucleatis, olivaceis. — In sarmentis Solani Dulcamaræ, socio spermogonio: *Ascochyta Tecomæ* Sacc. f. *Dulcamaræ:* spermatiis breve fusoideis, 8 = 3, chlorinis. — Leptosphæria hæc aliquid accedit ad *L. Medicaginum* Sacc. (*L. Medicaginis* Myc. Ven. Spec., sed non Fuckel.) a qua præcipue differt sporidiis medio tantum contractis, majoribus &c.

572. **Leptosphæria culmicola** (Fr.) Karst. In culmis Dactylis glomeratæ. **L.**

573. **Leptosphæria muralis** Sacc. Peritheciis hemisphæricis, obtusiusculis, pertusis, minutis, $^1/_3$ mill. d., nigris, tectis dein, cortice secedente, superficialibus, contextu parenchymatico fuligineo; ascis cylindraceo–clavatis, 70–80 = 9, breve stipitatis apice rotundatis, paraphysatis, octosporis; sporidiis distichis, breve fusoideis, curvulis, 14 = 4, 3–septatis, haud constrictis, fuscidulis. — In caulibus Parietariæ officinalis, socia *Hendersonia murali.* **B.** (n.° 110). — Affinis *L. dumetorum* Niessl, a qua sporidiis minime constrictis recedit. A *L. Parietariæ* Sacc. longius distat.

574. **Leptosphæria Vincæ** (Fr.) Sacc. *Sphæropsis Vincæ.* **F. G.** 412. In foliis aridis Vincæ minoris in Vogesis. **M.** — Perithecii contextus robustus, ater. Asci 45–50 = 8; sporidia cylindraceo-fusoidea, 16–18 = $3^1/_2$, hyalina, 4-nucleata.

575. **Leptosphæria Lucina** Sacc. In foliis Cytisi Laburni. **L.**

576. **Leptosphæria Ægira** Sacc. *Septoria Populi.* **F. G.** 231. In foliis dejectis Populi nigræ, *Toulouse.* **R.**

577. **Sphærulina myriadea** (DC.) Sacc. *Sphærella myriadea.* **F. G.** 495. In foliis quercinis, *Toulouse.* **R.**

578. **Sphærulina umbilicata** Sacc. & Malbr. Peritheciis punctiformibus, sparsis, epidermide velatis, globulosis, 110 micr. d., dein umbilicatis, ostiolo impresso, contextu minute parenchymatico fusco; ascis basi diu

cohærentibus, crasse clavatis, 45–50 = 12–14, breve stipitatis, apice tunica integra rotundatis, aparaphysatis, octosporis; sporidiis tristichis, fusoideis, curvulis, 22–26 ≈ 3–4, 3-septatis, non constrictis, hyalinis. — In caulibus Succisæ pratensis. **Mb.**

579. **Leptosphæria arundinacea** (Sow. p.p.) Sacc. f. **Godini**. *Sphæria Godini* Desm. **F. G.** 356. In culmis Phragmitis in Vogesis. **M.** — Asci clavati 100–100 = 12–15, paraphisati, breve stipitati, octospori; sporidia distica cylindraceo-fusoidea, utrinque rotundata curvula, 25–30 = $3^1/_2$–4, chlorino-hyalina. An hæc forma hyalospora sit merus typi status juvenilis vel forma peculiaris denuo inquirendum est, nam satis constans videretur.

580. **Sporormia Roumeguéri** Zimm. in Roum. Rev. Mycol. 1879 p. 58. In tela linea corrupta *Toulouse*. **R.**

(111) **Melomastia Friesii** Nke. In ramis Fraxini. **L.**

581. **Clypeosphæria Notarisii** Fuck. Sphæria mamillana Fr. **F. G.** 368. In ramulis quercinis. **B.**, Castaneis in Vogesis. **M.** — Sporidia cylindracea, utrinque rotundata, curvula, 20—25 ≈ 5—6, 3—septata, non constricta, olivacea.

582. **Hypospila quercina** Fr. **F. G.** 296. In foliis deciduis quercinis in Vogesis. **M.**

583. **Massaria Letendreana** Sacc. Peritheciis sparsis, globoso-depressis, tectis, $^3/_4$ mill. d.; ascis clavatis, 150–180 = 30, breve stipitatis, apice tunica integra rotundatis; sporidiis distichis oblongis, subclavatisque 40–45 = 18, utrinque rotundatis. 7-septatis, pluriguttatis parce que muriformibus, ad septa constrictis, strato crasso mucoso, hyalino, perfecte didymo obvoluta, initio hyalina dein mellea. — In ramis corticatis Alni glutinosæ. **L.** — Affinis *M. sipariæ* a qua præcipue strato mucoso didymo differt.

584. **Melanomma Pulvis pyrius** (Pers.) Fuck. In ramis deccorticatis variis. **B. L.**

585. **Melanomma medium** Sacc. & Sp. In ramis Tamaricis anglicæ subdecorticatis. **B.** (n.° 98). —

Asci 100 = 10–15; sporidia oblonga, constricto- 3–septata, utrinque rotundata, 20—25 = 6–7, dilute flavida.

586. **Ohleria rugulosa** Fuck. In ligno putri. **B.** (n.° 54). Sporidia biconica, 16 = $4^1/_2$, conis citissime secedentibus, 1–septatis, 8 = $4^1/_2$, 2–guttulatis, fuligineis.

(106) **Melogramma vagans** DNtrs. *M. Bulliardi* Tul. **F. G.** 173. In ramis corticatis Fagi (an potius Carpini)? in Vogesis. **M.**

587. **Melogramma spiniferum** (Wallr.) DNtrs. *Diatrype podoides* Fr. **F. G.** 369. In truncis fagineis in Vogesis. **M.** — Lætor autopsiam confirmasse suspicionem meam sphæriaceas nunc citatas inter se identicos esse.

588. **Pseudovalsa lanciformis** (Fr.) C. DNtrs. *Melanconis lanciformis* Tul. **F. G.** 470. *Sph. foraminosa* Pers. Moug. In ramis Betulæ in Vogesis. **M.**

589. **Aglaospora profusa** (Fr.) DNtrs. **F. G.** 475. (*Valsa*). In ramis Robiniæ. **L.** et in Vogesis. **M.**

590. **Bertia moriformis** (Tode) DNtrs. **F. G.** 183. (*Sphæria*) et 182 (*Sph. Pulvis pyrius*). In lignis putridis in Vogesis. **M.**

591. **Enchnosphæria santonensis** Sacc. Peritheciis sparsis, superficialibus, globoso–conicis, $^1/_2$–$^3/_4$ mill. d., pilis longiusculis mollibus, laxis, septatis, 200 = 5, fuligineis conspersis, contextu perithecii parenchymatico distincto, fuligineo; ascis cylindraceo–clavatis, breve stipitatis, 159-160 = 15, apice rotundatis, aparaphysatis (?), octosporis; sporidiis fusoideis, utrinque acutiusculis, curvulis, 40 = 7, crasse 4—6–guttatis, medio constrictis, hyalinis. In ramis putridis Ulicis europæi. **B.** — *Enchnosphæriæ passicrini* Sacc. affinis, a qua ascis multo majoribus, sporidiis medio contractis satis differre videtur.

Sect. 6. **Scolecosporæ** Sacc.

592. **Leptospora spermoides** (Hoffm.) Fuck. **F. G.** 83 (*Sphæria*). In lignis putridis in Vogesis. **M.**

593. **Linospora Caprææ** (DC.) Fuckel. *Isothea saligna* (Pers.) Berk. **F. G.** 194. In foliis emortuis Salicis caprææ in Vogesis. **M.**

594. **Linospora populina** (Pers.) Schröt. **F. G.** 98. (*Hypospila*). In foliis aridis Populi Tremulæ. **M.**

595. **Rhaphidophora herpotrica** (Fr.) C. DNtrs. **F. G.** 358. *Sph. Lacroixii* Desm. In culmis graminum ad Vigennam legit Presb. DE LACROIX. **M.**

596. **Rhaphidophora vulgaris** Sacc. Peritheciis matrici immutata innato-erumpentibus, globoso-conoideis, $^1/_6$–$^1/_4$ mill. d.; ascis cylindraceis 90–120 ≈ 6–8, subsessilibus, aparaphysatis, 8sporis; sporidiis filiformibus 80–100 ≈ 1–$1^1/_2$, æqualibus pluriguttulatis, flavidulis. In caulibus Parietariæ. **B.**, in sarmentis Rubi. **L.** — A *R. rubella* (Pers.) C. DNtrs præcipue maculæ rubellæ defectu distinguenda.

597. **Rhaphidophora rubella** (Pers.) Fuck. In caulibus Atriplicis. **L.** — Perithecia macula rubella insidentes; asci 120–130 ▪ 6; sporidia (matura) filiformia, 120 ▪ 1, æqualia, pluriguttulata, flavida.

598. **Rhaphidophora brachystoma** Sacc. Peritheciis sparsis, innato erumpentibus, globuloso-depressis, $^1/_4$ mill., d., ostiolo impresso obtuso; ascis cylindraceo-clavatis, breve stipitatis, 120 ≈ 10, aparaphysatis, octosporis; sporidiis bacillaribus, 80–85 ▪ $3^1/_2$, 5–6-septatis, loculo secundo supero breviore et crassiore, ceteris pluriguttulatis, nonnumquam secedentibus, flavis, (initio sporidiis longioribus, angustioribus, hyalinis). In caule Rumicis obtusifolii. **B.** — Species præcipue peritheciis obtusis sporidiorumque fabricâ distincta.

599. **Rhaphidophora eburensis** Sacc. Peritheciis sparsis, initio velatis globuloso-depressis, $^1/_5$ mill. d., papillulatis, dein depresso-umbilicatis; contextu distincte parenchymatico fuligineo; ascis cylindricis, 140 ≈ 10, octosporis; sporidiis filiformibus, vix curvulis, 100–120 ▪ 2, æqualibus, pluriguttulatis, flavis. — In caule Leucanthemi vulgaris in ditione Eburensi (*Eure*). **Mb.** — Peritheciis dein depresso-umbili-

catis simulque sporidiis haud nodulosis, angustis, facile distincta species.

600. **Rhaphidophora camptospora** Sacc. Peritheciis sparsis globoso-depressis, innatis, $^1/_5$ mill. d., ostiolo conoideo breviter emergente; ascis cylindricis, 150 - 15; sporidiis bacillaribus vehementer curvatis, 120 - 3, 12-15-septatis, loculo intermedio crassiore globuloso, flavis. — In caulibus Teucrii Chamædryos. **L.** — Affinis *Rh. Urticæ,* a qua minutie sporidiisque curvo-fractis differt.

601. **Rhaphidophora euspora** Sacc. Peritheciis sparsis, innatis, globulosis, $^1/_5$ mill. d, ostiolo acute conoideo breviter emergente; ascis cylindricis 130 - 12, octosporis, paraphysatis; sporidiis bacillaribus leniter curvis, 120 - $3^1/_2$-4, 18-20-guttulatis, prope medium subinflatis, perfecte hyalinis (etiam maturis). In caulibus Origani vulgaris. **B.** (n.° 117). — Fabricâ sporidiorum prædistincta species.

***Rhaphidophora affinis** Sacc. A præcedente dignoscitur sporidiis prope medium non v. vix inflatis, 100-110 - 3, æque hyalinis, 16-18-septulatis guttulatisque; ascis 120-130 - 10; peritheciis similibus. In caulibus Menthæ rotundifoliæ. **B.** (n. 114).

Sect. 7. **Dictyosporæ** Sacc.

(124) **Pleospora vulgaris** Niessl. In caulibus Epilobii hirsuti. **B.** et Dipsaci sylvestris. **G.**

602. **Pleospora Andropogonis** Niessl. ***P. scirrhioides** Sacc. Peritheciis innatis, globosis, $^1/_5$ mill. d., hinc hinde aggregatis, plagulasque elevatas formantibus, ostiolo conoideo erumpente; ascis cylindraceo-clavatis, 100 - 20, parce paraphysatis, octosporis; sporidiis oblongis, interdum inæquilateralibus, 20-22 - 8-10, 3-septatis, sepimentis longitudinalibus imperfecte 1-seriatis, ad septa constictis, melleis. — In culmis Agrostidis, *Tourville.* **Mb.** — A typo differt sporidiis proportione angustioribus, minus fuscis, et præcipue peritheciis scirrhioideo-aggregatis.

603. **Pleospora oligomera** Sacc. **F. G.** 214. (una cum

Phom. atriplic.). In caulibus Atriplicis Halimi, *Collioure.* **R.** Asci 130 × 16–18; sporidia subdidyma, 3–septata, 22–25 × 10, septis longit. 1–seriatis, flava dein fuliginea.

604. **Pleospora microspora** Niessl. In culmis Dactylis glomeratæ. **L.** — Perithecia hemisphærica, obtusa 100–110 micr. d. Asci cylindraceo–clavati, 75 × 12–15, paraphysati. Sporidia octona, submonosticha, oblongo–ellipsoidea, medio subconstricta, 18 × 8, 5–septata, septis longit. 1–2–seriatis, flavo–mellea.

(125) **Pleospora Gilletiana** Sacc. f. **Ulicis.** In ramulis Ulicis europæi. **B.** — Perithecia pachydermatica, hyphulis basi vestita. Asci 130–140 × 12–14; sporidia 25–26 × 10–11, melleo–fuliginea.

605. **Pleospora Zimmermanni** Roum. **F. G.** 395. In tela corrupta uda, *Toulouse.* **R.** — Perithecia denique erumpentia globosa, eximie papillata, basi hyphis fuscis cincta; asci cylindraceo–clavati, 130–145 × 20–22, subsessiles, octospori; sporidia subdisticha, crasse clavato–fusoidea, 30–35 × 14, medio constricta, utrinque acutiuscula, 9–septata, septis longit. 2–3–seriatis, mellea, dein fuliginea. — A *Pl. papillata* Karst. parum diversa.

606. **Pleospora Salsolæ** Fuck. f. **Schoberiæ.** In caulibus Schoberiæ maritimæ, *Etaples* près *Pas de Calais,* Gaudefroy. — Perithecia globulosa, conico-papillata, non collabascentia. Asci 90–120 × 18, clavati. Sporidia disticha ellipsoideo–oblonga, medio contracta, 25–30 × 15–18, sub–7–septata, septis longit. 2–seriatis, flavida dein fuliginea. A typo differt sporidiis paulo minoribus.

(121) **Pleospora herbarum** (Pers.) Rabh. **F. G.** 173. 189. (*Ampullaria*). In caulibus Umbelliferarum. **M.**, Fabæ, *Toulouse.* **R.**, graminum (forma propria?). **Mb.**

607. **Pleospora** (Pyrenophora) **polytrycha** (Wallr.) Tul. **F. G.** 370. (*Sphæria*). Ad culmos Hordei distichi in arvis S. Romani, de Lacroix. **M.** — Perithecii sclerotioidei intus pallidi setæ rigidulæ cuspidatæ,

130–150 = 10–12, pluriseptatæ, aterrimæ. Asci clavati crasse breve stipitati, 150–170 = 35–40; sporidia disticha, raro submonosticha, 50—60 = 25, oblongo-ellipsoidea, 3–septata, septis longit. 1–seriatis, pallide mellea.

608. **Teichospora strigosa** Sacc. Peritheciis gregariis depresso–hemisphericis, obtuse papillatis, $^1/_2$–$^3/_4$ mill. d. superficialibus, coriaceo-carbonaceis, pilis strigosis, 160—170 = 8, pluriseptatis fuligineis vestitis; ascis cylindraceis 150—160 = 20, apice rotundatis, breve crasse stipitatis, aparaphysatis(?), octosporis; sporidiis oblongo—ellipsoideis utrinque obtusiusculis, medio leniter contractis, 28–30 = 12–15, 7–septatis, septis longit. 1–2–seriatis, melleo–fuligineis. In ligno denudato putri Evonymi europæi. **L.**

609. **Cucurbitaria Laburni** (Pers.) Fr. **F. G.** 492. (*Sphæria*). In ramis Cytisi Laburni in Vogesis. **M.**

610. **Cucurbitaria Spartii** (Nees) C. DNtrs. **F. G.** 78. In ramis exsiccatis Spartii scoparii in Vogesis. **M.**

611. **Cucurbitaria Berberidis** (Pers.) Gray. In ramis Berberidis vulgaris. **L.**

612. **Fenestella Mougeotii** (Pers. Curr.) Sacc. *Sphæria* (Diatrype) *Mougeotii* Pers. in Curr. Comp. Sphær. p. 273 t. 47 fig. 97 et Suppl. Obs. p. 245. (ut videtur). In ramulis Alni glutinosæ. **L.** — Perithecia, globoso–depressa, coriacea. $^1/_2$ mill. d., tecta, hinc inde 2–3 aggregata v. subsparsa, ostiolo brevissimo erumpente. Asci cylindracei breve crassissime stipitati, 150–160 = 28—30, apice tunica integra rotundati, paraphysati, octospori; sporidia disticha oblongo–clavulata, utrinque, præcipue apice, rotundata, 40–45 = 15–18, 7–septata, leniter constricta, septis longit. 2–3–seriatis, olivaceo–mellea, dein fuliginea, pluriguttulata.

Lophiostomeæ *Sacc.*

613. **Lophiostoma excipuliforme** (Fr.) C. DNtrs. **F.**

G. 354. Ad corticem Quercuum, Populorum in Vogesis. M.

614. **Lophiostoma simillimum** Karst. In caule Dipsaci sylvestris. L. — Cl. Karsten in suis Symbolis ad Mycol. Fenn. Ser. VI, anno 1879, p. 36. refert hanc speciem ad novum suum genus *Mytilostoma*. Ad quod sequentia observare liceat. *Loph. simillimum* «septo longitudinali carens» ad novum genus [quod sporidiis muralibus dignoscitur] duci non potest. Quoad vero novi generis institutionem (anno 1879 typis divulgatam) notandum est, genus illud cum meo *Lophidio* (1 Julio anni 1878 condito et edito) identicum esse, amboque vero perfecte convenire cum gen. *Platystomo* Trev. quod in ipso anno 1878 institutum fuit sed, ut videtur, paulo anterius quam meum conditum fuerit. Præter hoc genus, cl. Trevisan (in eod. *Bull. Soc. royal. Bot. Belg.* t. 16) nomini *Lophiostomatis* jam a Friesio (ut gen. sect.) anno 1849 adhibito et nunc ubique recepto nomen (fallax!) *Platysphæra* Dumort. (1822) substituendum proponit, quod prioritatis jure æquum sit, sed ob nominis fallacitatem negligendum. Novum quoque genus alterum in eadem tribu, quod condidit cl. Trevisan, est *Lophiosphæra*, quæ partim ad genus *Schizostoma* Ces. DNtrs, partim ad meum *Lophiotrema* pertinet. Lubenter accipiam illud pro speciebus constanter hyalo-didymosporis. Data occasione, observare quoque liceat in laud. Symbol. Karstenianis *Pleonectriam berolinensem* meam ad *Nectriam Ribis* Niessl. (1865) referri. Quod ipse exactum puto, ut monui; sed quum jam extet alia et vera et anterior *Nectria Ribis* Rabh. (ante 1860), quacum cl. Niessl suam confundebat, *Pleonectria berolinensis* mea extare debet. Cfr. Michelia I. 276 (in Corrig.).

615. **Lophiostoma insidiosum** (Desm.) Ces. DNtrs. In caulibus Centranthi, Lythri &c. L.

616. **Lophiostoma Arundinis** (Fr.) Ces. DNtrs. F. G. 478. Ad culmos Phragmitis. L. et in Vogesis. M. — Asci cylindracei, breve stipitati, 130 - 15,

octospori; sporidia fusoidea, curvula, 30–35 = 6–7, 5–septata, leniter constricta, 6–guttulata, olivaceo–fusca.

617. **Lophiotrema auctum** Sacc. In caule indurato Rumicis. **Mb.** — Asci 130 = 13–15, paraphysati, octospori; sporidia disticha initio anguste fusoidea, utrinque cuspidata, curva, æqualia 40 = 5, pluriguttata, dein 40–45 = 8–10, toruloso–5–septata, appendicibus teretibus apice subincrassatis aucta, subhyalina.

618. **Lophiotrema vagabundum** Sacc. In ramulis Corni sanguineæ. **B.**

619. **Lophiotrema semiliberum** (Desm.) Sacc. In culmis Phragmitis. **L.** — Asci clavati, 100–110 = 20; sporidia fusoidea, curvula, æqualia, 38–40 = 5, 4–nucleata, hyalina.

620. **Lophiotrema** (Lophiosphæria) **anaxæum** Sacc. In caule putri Rumicis. **L.**

621. **Lophidium compressum** (Pers.) Sacc. In ramis corticatis induratis Pyri Mali et Salicum. **L.**

Hypocreaceæ *DNtrs.*

(137) **Nectria Aquifolii** (Fr.) Berk. **F. G.** 484. (Sphæria). In Vogesis. **M.**

(138) **Nectria cinnabarina** (Tode) Fr. **F. G.** 170. In ramis Tiliæ. **L. M.**

(139) **Nectria coccinea** (Pers.) Fr. **F. G.** 272. In ramis Laburni, forma *rubro–aurantiaca,* **R.**; in ligno Ailanthi et Mali, forma *ruberrima.* **L. T.**

622. **Nectria sinopica** Fr. **F. G.** 372. In cortice Hederæ Helicis in Vogesis. **M.**, prope *Saintes.* **B.**

(140) **Hyponectria Buxi** (DC.) Sacc. **F. G.** 292 (*Sphæropsis Miribelii*). In foliis Buxi sempervirentis, *Toulouse,* **R.**

CHARONECTRIA Sacc. nov. gen. Perithecia simplicia, nectriacea, *tecta.* Asci octospori. Sporidia *didyma,* hyalina. Est *Hyponectria* sporidiis 1–septatis.

623. **Charonectria consolationis** Sacc. Peritheciis sparsis epiphyllis, epidermide tectis, dein suberumpentibus,

globoso–depressis, $^1/_5$ mill. d., ostiolo obtuso, contextu perithecii laxe parenchymatico, tenui, aureo; ascis cylindraceo–clavatis, brevissime stipitatis, apice subacutatis, 80–90 × 17–18, aparaphysatis(?), octosporis; sporidiis distichis, cylindraceo–oblongis, magnis, utrinque rotundatis, 30 × 8, constricto–1–septatis, nubilosis hyalinis. In pag. sup. foliorum Lauri nobilis emortuorum. **B.** (n.° 45 p.p.)

624. **Nectriella Rousseliana** (Mont.) Sacc. **F. G.** 384 (*Nectria*). Ad folia Buxi sempervirentis prope *Melodunum* legit Roussel. **M.**

LETENDRÆA Sacc. nov. gen. Perithecia simplicia, omnino superficialia, globoso–papillata contextu parenchymatico *molliusculo,* tenui, *albicante.* Asci paraphysati, octospori. Sporidia *didyma, fusca.* — Nulli Hypocreacearum vere affine genus, Rev. Abbati Letendre detectori suo solertique gallicorum fungorum scrutatori jure meritoque dicatum.

625. **Letendræa eurotioides** Sacc. Peritheciis gregariis (Helminthosporio consociatis) superficialibus, globosis, perexiguis, 100–130 micr. d. levibus, sordide albis, ostiolo brevi obtuse papillato; contextu tenui–parenchymatico dilutissime flavido; ascis cylindraceis v. obclavatis brevissime stipitatis, apice tunica integra obtusiusculis, paraphysibus filiformibus parcis quandoque coalescentibus obvallatis, octosporis; sporidiis distichis v. oblique monostichis fusoideo-oblongis, 12–15 × 5–6, utrinque obtusiusculis, rectis, constricto–1–septatis, 2–guttulatis, olivaceo–fuligineis. In ramis emortuis Rubi fruticosi, Alni glutinosæ, Salicis, semper in consortio *Helminthosporii macrocarpi* Grev. et *Coniothyrii Letendreæ,* quod confer in seq. pag. **L.**

626. **Hypomyces lateritius** (Fr.) Tul. **F. G.** 359. In Agarico (Lactario) delicioso putri in Vogesis legit de Lacroix. **M.**

627. **Epichloe typhina** (Pers.) Tul. **F. G.** 271. In culmis gramineis in Vogesis. **M.**

628. **Claviceps purpurea** (Fr.) Kühn. **F. G.** 347. In

Sclerotio duro (Scler. Clavus?) legit Bouteille in Vogesis. **M.**

629. **Polystigma rubrum** (Pers.) DC. **F. G** 275. In foliis Pruni domesticæ et spinosæ in Vogesis. **M.**

630. **Polystigma ochraceum** (Wahlenb.) Sacc. *P. fulvum* DC. **F. G.** 75. In foliis Pruni Padii in Vogesis. **M.**

(141) **Gibberella Saubinetii** (D. & M.) Sacc. In ramis Buxi inque culmis graminum. **L. B. Mb.** — *pachyspora. Peritheciis typicis, ascis cylindraceo-fusoideis, 80 × 16–18, octosporis; sporidiis distichis breve crasseque fusoideis, 20–22 × 7–8, rectiusculis, 3–4-nucleatis, 2–3-septatis, subhyalinis. In ramulis salicinis. **L.**

Dothideaceæ *DNtrs.*

(142) **Dothidea ribesia** (Pers.) Fr. **F. G.** 293. In ramulis Ribis rubri in Vogesis. **OM.**

631. **Dothidea puccinioides** (DC.) Fr. **F. G.** 193. In foliis ramulisque emortuis Buxi sempervirentis in *Jurasso.* **M.**

632. **Dothidea depazeoides** Desm. **F. G.** 465. In maculis foliorum albis Buxi sempervirentis, *Eaux-bonnes.* **R.**

633. **Mazzantia Galii** (Guep.) Mont. **F. G.** 488. In caulibus Galii Molluginis &c., *Rouen.* **Mb.**, in Vogesis. **M.** Asci densissimi, fusoidei, 40 × 7, subsessiles, aparaphysati(?), octospori; sporidia fusoidea, utrinque acutiuscula, 8 × $2^1/_2$–3, continua, 2-guttulata, hyalina. Asci et sporidia jodii ope lutescunt.

634. **Phyllachora gangræna** (Fr.) Fuck. **F. G.** 355 *(Sphæria), Sphærella gangræna* Karst. In foliis Poæ bulbosæ in Vogesis. **M.**

635. **Phyllachora Junci** (Fr.) Fuck. *Dothidea Junci* Fr. **F. G.** 463. In culmis exsiccatis Junci conglomerati in Vogesis. **M.**

636. **Phyllachora Ulmi** (Sow.) Fuck. **F. G.** 466 (*Dothidea*). In foliis Ulmi campestris in Vogesis. **M.**

(143) **Phyllachora Graminis** (Pers.) Fuck. **F. G.** 464 (*Dothidea*). In foliis graminum in Vogesis. **M.**

637. **Phyllachora Trifolii** (Pers.) Fuck. **F. G.** 487 (*Dothidea*). In foliis Trifoliorum in Vogesis. **M.**

638. **Phyllachora Heraclei** (Fr.) Fuck. **F. G.** 394 (*Dothidea*). In foiiis Heraclei Sphondylii in Vogesis. **M.**

639. **Phyllachora? abortiva** (Desm.) Fuck. **F. G.** 341 (*Dothidea*). In foliis Salicis Capreæ, socia *Melampsora salicina,* legit Desmazieres. **M.**

Hysteriaceæ *Corda.*

640. **Triblidium hysterinum** Duf. **F. G.** 457. Ad ramos dejectos Buxi sempervirentis circa Lemovicum legit E. Lamy. **M.**

Obs. Ejusdem var. *minor.* **F. G.** 71, lecta in ramulis Buxi a Grognot, mihi videtur lichen opegraphoides.

641. **Hysterium Prostii** Duby. **F. G.** 345. Ad cortices secedentes Mali in Vogesis. **M.**

642. **Glonium lineare** (Fr.) DNtrs. **F. G.** 70 (*Hysterium*). Ad ligna exsiccata Coryli in Vogesis. **M.**

643. **Pseudographis elatina** (Pers.) Nyl. **F. G.** 69. In cortice squamoso Pini piceæ et Abietis in Vogesis. **M.**

644. **Hysterographium elongatum** (Wahlemb.) Corda. **F. G.** 344 (*Hysterium*). In lignis quercinis (pedaminibus Vinearum) in Lotharingia. **M.**

(150) **Lophodermium arundinaceum** (Schrad.) Chev. **F. G.** 166. In culmis aridis Phragmitis in Vogesis. **M.**

645. **Lophodermium malaleucum** (Fr.) DNtrs. **F. G.** 269. In foliis Vaccinii Vitis idææ in Vogesis. **M.**

646. **Lophodermium Pinastri** (Schrad.) Chev. **F. G.** 456. In foliis Pini sylvestris v. affinis, *Bagneres de Luchon.* **R.**

647. **Hypoderma scirpinum** DC. **F. G.** 168 (Hysterium). In culmis Scirpi lacustris in Vogesis. **M.**

(149) Hypoderma virgultorum DC. **F. G.** 270. In ramis Rubi in Vogesis. **M.**

648. Sporomega degenerans (Fr.) Corda. **F. G.** 343 (Hysterium). In ramulis emortuis Vaccinii uliginosi in Vogesis. **M.**

649. Sporomega cladophila (Lév.) Duby. **F. G.** 346. In ramulis Vaccinii Myrtilli in Vogesis. **M.**

650. Colpoma quercinum (Pers.) Wallr. **F. G.** 268. In ramulis quercinis. **L.**, in Vogesis. **M.**

651. Ostropa cinerea (Pers.) DNtrs. **F. G.** 351. In ramis Salicum, Corni, Opuli in Vogesis. **M.**

652. Acrospermum compressum Tode. **F. G.** 25. In caulibus herbarum majorum. **Mb.**, in Vogesis. **M.**

653. Acrospermum conicum Fr. **F. G.** 24. Ad caules exsiccatos Sonchi alpini et Cacaliæ albifrontis in Vogesis. **M.** — Asci cylindrici, 70–80 ≈ 4–5; sporidia filiformia 60–70 ≈ 1, continua, hyalina.

Onygeneæ *Fr. p.p.*

654. Onygena equina Pers. v. cæspitosa. **F. G.** 307. *O. Mougeotii* Roum. Rev. mycol. 1869 p. 54. In pileo pannoso putri, *Bruyeres*, legit Doctor. Ant. Mougeot.

Elaphomycææ *Tul.*

655. Elaphomyces granulatus Fr. **F. G.** 164. In sylvis abietinis in Vogesis. **M.**

Discomyceteæ *Fr.*

656. Helvella lacunosa Afz. Ad terram in umbrosis. **L.**

657. Mitrula helvelloides (Bull.) Chev. *Mitrula paludosa* Fr. *Leotia uliginosa* Pers. **F. G.** 160. Ad folia putrescentia in locis sylvaticis Vogesorum. **M.**

Obs. Synonyma hujus speciei antiquiora sunt: *Clavaria phalloides* Bull. (1789) et *Clavaria epiphylla* Dicks (1793). Ergo nomen Bulliardianum Fresiano multo recentiori subtituendum.

658. **Spathularia clavata** (Schäff.) Sacc. *Elvela clavata* Schäff. (1774) *Clavaria spathulata* Fl. dan. (1775) *Spathularia flavida* Pers. Comm. fung. clav. (1797) **F. G.** 327. *S. flava* Pers. Comment. Schäff. (1800), Sacc. Mycol. Ven. Spec. 168. — In pinetis circa *Bruyerium*. **M.**

659. **Geoglossum glabrum** Pers. **F. G.** 262. In pratis uliginosis in Vogesis. **M.**

660. **Geoglossum hirsutum** Pers. **F. G.** 63. In sphagnetis Vogesorum. **M.**

661. **Peziza** (Aleuria) **doloris** Roum. Stat. Bot. Haut. Gar. p. 60 t. I. **F. G.** 447. In tela tabulam ligneam (*à repasser*) obducente nocte inundationis 24 Junio 1875 aqua immersa, indeque demersa, *Toulouse*. **R.**

Obs. De hac specie sequentia observare liceat. Descriptio et icon. l. c. speciem sistunt *Peziza fulgenti* Pers. Cooke Mycogr. fig. 209 valde similem nisi eamdem. Specimen vero **F. G.** l. c. aliam speciem sistit nempe ascis 180 × 18, paraphysibus clavulatis obvallatis, sporidiis ellipsoideis (nec perfecte sphæricis!) 17–18 × 12, 1–nucleatis. Hæc postrema *Pezizæ vesiculosæ* affinis videtur.

662. **Peziza** (Humaria) **carnea** Pers. Karst. *P. Antonii* **F. G.** 449. In detritis calceis et laneis (comme engrais) *Bruyeres*, A. Mougeot.

Obs. Asci crasse cylindraceo–clavati 150 × 22, truncati, paraphysatis, octospori. Sporidia disticha ellipsoidea 20 × 12–13, hyalino–farcta, levia.

663. **Peziza** (Pyronema) **subhirsuta** Schum. In locis stercoratis. **L.**

664. **Ascobolus furfuraceus** Pers. In fimo vaccino. **L.**

665. **Calloria? leucostigmoides** Sacc. In caulibus putrescentibus Scrophulariæ. **L.** Asci — cylindrici, tenelli, 40–50 × $3^1/_2$, aparaphysati (?) octospori; sporidia cylindracea, 5–6 × $^3/_4$, hyalina. Excipuli contextus paternius, totus pallidus, sola ima basi fuscidulus. *Mollisiæ cæspiticiæ* Karst affinis species et forte aptius huic generi quam *Calloriæ* subjungenda.

666. **Calloria luteo-rubella** (Nyl.) Karst. M. Fenn. 101. *Helotium Karstenii* Roum. **F. G.** 65. In tela linea putrescente, *Toulouse*. **R.** — Asci clavulati 40 = 4, paraphysibus apice sphærico–capitatis obvallati, octospori. Sporidia bacillaria, 10–12 = 1, leniter curvula, hyalina. — *Calloriæ chrysocomæ* (Bull.) Fr. affinis.

667. **Cyathicula coronata** (Bull.) DNtrs. In caulibus emortuis Sedi Telephii, Scrophulariæ &c. **L.**

668. **Cyathicula vulgaris** DNtrs. In caulibus Epilobii, Dipsacii. **L.**

669. **Helotium epiphyllum** (Pers.) Fr. In foliis dejectis Carpini. **L.**

670. **Helotium Amenti** (Batsch.) Fuck. **F. G.** 161. In amentis Salicis caprææ *Toulouse*. **R.**

671. **Helotium Herbarum** (Pers.) Fr. **F. G.** 451. In caulibus Brassicæ in Vogesis. **M.**, Scrophulariæ. **L.**

672. **Helotium humile** Sacc. (nec Desm.) Ascomatibus gregariis, subsuperficialibus sessilibus plano–scutellatis, $^1/_4$–$^1/_3$ mill. d., levibus, glabris, distincte marginatis, ex albo luteolis, disco concaviusculo, sicco aperto; ascis cylindraceis, 70–80 = 8, stipitatis, apice obtusiusculis, paraphysatis, octosporis; sporidiis cylindraceo–fusoideis, leniter curvis, 15 = 2–3, obtusiusculis, hyalinis. In ramulis Genistæ scopariæ, *Normandie* **Mb.**, inque cepsulis Æsculi. **L.** — *H. Humuli* (Lasch.), *H. albello* (With.) et *H. separabili* Karst. subaffinis, sed rite distinguenda species.

673. **Helotium fumigatum** Sacc. & Sp. In sarmentis emortuis Clematidis Vitalbæ. **B.**

(163) **Helotium citrinum** (Hedw.) Fr. **F. G.** 446 (*Peziza*). In truncis putridis in Vogesis. **M.**

674. **Helotium rubicola** (Fr.) Fuck. In sarmentis emortuis Ruborum. **L.** Variat major et minor.

675. **Helotium fructigenum** (Bull.) Fuck. In glandis quercinis putridis. **L.**

676. **Helotium virgultorum** Fr. In caulibus Scrophulariæ. L.

677. **Helotium Scutula** (Pers.) Karst. In caulibus Spirææ Ulmariæ et Cirsii lanceolati. L. Præcedenti nimis affine.

678. **Helotium aureolum** Sacc. Ascomatibus gregariis, minutissimis, vix $^1/_{10}$ mill. d., plano-scutellaribus, distincte breve marginatis, semper apertis, brevissime stipitatis (simulate sessilibus) amœne citrinis, disco nitidiore; contextu excipuli subprosenchymatico flavo; ascis clavulatis, breviter stipitatis, apice rotundatis, 40–45 × 8, paraphysibus filiformibus obvallatis, octosporis; sporidiis fusoideis, curvulis, utrinque v. magis deorsum, acutiusculis, 14–15 × $1^3/_4$–2, 2–3-nucleatis, hyalinis. — In stipitibus Pteridis aquilinæ. B. — Cum nullâ formâ mihi notâ commutanda species, nisi cum *H. citrinulo* Karst, quod sporidiis brevioribus, cupulis prorsus sessilibus recedere videtur.

679. **Hyalopeziza carneola** Sacc. ***H. rhodoleuca** Ascomatibus subsessilibus concaviusculis, $^1/_6$ mill. d., extus pilis non septatis capitatis hyalinis, 50 × 5, capitulo 10 d., vestitis; disco amœne roseo; ascis cylindraceis subsessilibus, apice rotundatis 40–45 × 6, paraphysibus longioribus, utrinque cuspidatis, roseo-guttulatis, obvallatis, octosporis, sporidiis fusoideis, 10–11 × 1–$2^1/_2$, hyalinis. In culmis graminum B. (5. 60). *Peziza graminum* B. & Br. forte huc spectat, sed, ignota fructificatione, dubia. A vera *H. carneola* differt sporidiis duplo longioribus, ceterisque.

680. **Hyalopeziza ciliaris** (Schrad.) Fuck. In foliis dejectis quercinis. B. — Pili capitati, septulati, 80–100 × 7. Asci 60 × 18. Sporidia 17–20 × 2.

681. **Trichopeziza leucophæa** (Pers.) Rehm. In caule Aristolochiæ Clematitis. L. Asci cylindracei 90–100 × 7; sporidia fusoidea, rectiuscula, 15 × 2. In *T. sulphurea* (Fr) Fuck., quam denuo miserunt cl. Letendre et Brunaud (n.° 56), in caule Urticæ, asci sunt 90–100 × 8–9; sporidia fusoideo-vermicularia 25–35 × $2^1/_2$, plasmate 4–6-partito, hyalina.

(164) **Trichopeziza Nidulus** (Schum.) Fuck. **F. G.** 64 (*Peziza*). In caulibus Polygonati multiflori in Vogesis. **M.**

682. **Trichopeziza horridula** (Desm.) Sacc. **F. G.** 329. In culmis siccis Tritici circa *Magniacum*, legit Bouteille. **M.**

683. **Trichopeziza misella** (Desm.) Sacc. In pag. inferiore foliorum Rubi fruticosi. **Mb.** Ascomata minutissima, subsessilia, aperta, albida dein subargillacea, prope marginem pilis fuligineis 5–6 micr. cr. vestita. Asci cylindracei 48 × 5, aparaphysati, subsessiles. Sporidia cylindraceo—clavulata, 7—8 × $1^1/_2$–2 hyalina

684. **Trichopeziza dumorum** (Desm.) Sacc. In pag. inferiore foliorum Rubi fruticosi. **Mb.** — Ascomata minutissima, subsessilia, plano–umbilicata, brunneolivida margine albicante, extus pilis brunneis hirtella. Asci clavulati 27–29 × 4–5. Sporidia subfusoidea, 8 × $1^1/_2$–2, hyalina.

685. **Belonidium Aurelia** (Pers.) DNtrs. **F. G.** 448. (*Peziza*). In folliis fructibusque putridis Fagi et Quercus in Vogesis. **M.**

686. **Belonidium pallens** Sacc. Ascomatibus plano–patellaribus, concaviusculis, sessibilibus, $^1/_4$ mill. d., glabris, disco pallide cinereis, extus brunneolis; excipuli contextu parenchymatico, marginem versus parosenchymatico, cinereo–rufescente; ascis cylindraceis. 80–55 · 10–12, apice rotundatis, brevissime stipitatis, aparaphysatis(?), octosporis; sporidiis bacillarifusoideis curvulis, deorsum attenuatis, 40–45 = 3–$3^1/_2$, 3-septatis, hyalinis. — In culmis vaginisque Brachypodii sylvatici. **L.** — Inter *Mollisiam gramineam* Karst. et *M. excelsiorem* Karst. fere medium; ob sporidia vero bacillaria et septata inter Belonidia aptius collocandum.

687. **Lachnella tricolor** (Sow.) Sacc. *Peziza Godroniana* Mont. **F. G.** 357 (*Peziza*). In rimis corticis quercini circa *Nanceium* (Godron) et prope *Bru-*

yerium **M**. Asci clavati 66 × 6–7; sporidia oblongo-cylindracea, 12–13 × 2–3½, 4—guttulata (Desm.).

688. **Niptera melatephra** (Lasch.) Sacc. In calamis Junci effusi **B**. — Ascomata scutellata, concava, 250–300 d. cervino-nigricantia; excipuli contextu parenchymatico, margine prosenchymatico fuligineo. Asci 55 × 7, paraphysati. Sporidia octona, fusoideo-acicularia, 10—12 × 1½, hyalina.

689. **Niptera lacustris** Fr. **F. G.** 328 (*Peziza*). Ad calamos Scirpi lacustris circa *Argentinam* legit. Nestler. **M**.

690. **Niptera riparia** Sacc. Ascomatibus gregariis, erumpenti-superficialibus, concavo-scutellatis, sessilibus, siccis compressis ⅓-½ mill. d. ubique glabris, rufo-brunneis, excepto margine pilosulo albicante; excipuli contextu prosenchymatico, rufo-melleo, cellulis marginalibus liberatis, piliformibus, asperulis; ascis cylindraceo-fusoideis, subsessibus, 40 × 6–6½, paraphysibus fusoideo-bacillaribus longioribus melleis obvallatis, octosporis; sporidiis distichis, fusoideis v. allantoideis, 8–9 × 1¼-1½, hyalinis. — In culmis Phragmitis communis. **B**. (n.° 61). — *Mollisiæ graminis* Karst (nec Desm.) peraffinis, differt vero paraphysibus fusoideis melleis nec non ascomatibus paulo majoribus.

691. **Niptera cinerea** (Batsch.) Fuck. In caulibus Lycopi europæi (f. *olivaceo-fusca*). **L**.

692. **Niptera hydrophila** Karst. *N. cinerea* var. *donacina* Sacc. In culmis Phragmitis communis. **B**. (n.° 58–59).

693. **Niptera Polygoni** Rehm. In caulibus Polygoni amphibii **B**. (Exemplaria nondum matura).

(162) **Niptera melaleuca** (Fr.) Fuck. In ligno putrescente. **L**. Ascomata tota nigricantia, disco dilutiore, margine pallescente; excipulis cellulæ marginales breviusculæ. Asci cylindracei 80–90 × 8; sporidia fusoidea, 10—12 × 1½–2.

* **Niptera Tamaricis** Roum. **F. G.** 263 (*Peziza*). In ramis cæsis Tamaricis narbonensis, *Per-*

pignan. **R.** — Ascomata subaggregata, paulo minora. Asci 50 × 5; sporidia suballantoidea, 7 × $1^1/_2$, hyalina. Excipuli cellulæ marginales prosenchymaticæ, longiusculæ.

694. **Pyrenopeziza atrata** (Pers.) Fuck. **F. G.** 450 (*Peziza*). Ad caules Spirææ Ulmariæ (asci 30–32 × 8–9; sporidia 7–9 × 1) et Gei urbani. **L.** — Eryngii campestris (non *P. Eryngii* Fuck.). **B.** — Asparagi etc. in Vogesis **M.** — ***punctiformis**: ascomata vere punctiformia, 80—100 micr. d., nigricantia, subsuperficialia. Asci clavulati 25 × 8–9, paraphysati, octospori; sporidia botuliformia, v. clavulata, 8 × $1^3/_4$–2, guttulata, hyalina. In caule Tami communis. **Mb.**

695. **Pyrenopeziza foliicola** (Karst.) Sacc. In foliis dejectis Quercus. **B.**

696. **Pyrenopeziza Rubi** (Fr.) Rehm. Asc. 416. In sarmentis emortuis Rubi fruticosi et cæsii. **L.** Ascomata erumpentia, sæpius complicata, cervino-nigricantia, disco pallidiore. Asci clavulati 45–50 × 8, paraphysati, octospori; sporidia cylindraceo-clavulata, 7–8 × $1^1/_2$–$1^3/_4$, hyalina. Huc ex Rehm l. c. *Excipula Rubi* Fr. seu *Cenangium Rubi* Duby, sed *Pyrenopeziza* seu *Trochila Rubi* DNtrs differt ascomatibus minoribus, superficialibus, magis ad *P. atratam* accedentibus.

697. **Pirottæa gallica** Sacc. Ascomatibus, gregariis, superficialibus, aterrimis, $^1/_3$ mill. d., concavo-scutellaribus, sessilibus, siccis semiclausis, ubique setulosis; perithecii contextu parenchymatico, rigidulo, fuligineo, cellulosis superficialibus setulisque cuspidatis 2–3-septatis obscurioribus facileque secedentibus; ascis cylindraceo-clavatis, 35 × 5, breve stipitatis jodii ope flavescentibus paraphysibus filiformibus obvallatis, octosporis; sporidiis cylindraceo-clavulatis, 7–9 × $1^1/_2$, minute 2-guttulatis, hyalinis. — In caulibus emortuis Cichorii Intybi, sociis *Leptosphæria modesta* et *Raphidophora vulgari, à Gournay.* **Mb.** — A *P. Veneta* S. & S. (nuper lecta quoque in Tyrolia et

edita a cl. Rehmio in suis Ascom. n.° 509) differt præcipue sporidiis dimidio minoribus &c.

698. **Pseudopeziza Bistortæ** (Lib.) Fuck. *Xyloma Bistortæ* DC. **F. G.** 96. *Ectostroma* Fr., *Rhytisma* Lib. Ad folia Polygoni Bistortæ in Vogesis. **M.**

(157) **Trochila Laurocerasi** (Desm.) Fr. *Phacidium Laurocerasi* Desm. **F. G.** 67. 266. *Sphæropsis epiphylla* **F. G.** 410. In foliis Laurocerasi, *Paris, Tarbes, Toulouse,* Roussel. **R.**

699. **Trochila smaragdina** (Lèv.) **F. G.** 334. (*Peziza*) In foliis Pruni lusitanicæ *Rentilly,* Thuret. **R.**

(158) **Trochila Craterium** (DC.) Fr. **F. G.** 169. In foliis Hederæ, *Toulouse.* **R.**

700. **Trochila Tini** (Duby) Fr. In foliis Viburni Tini **B. L.**

701. **Phacidium Aquifolii** (DC.) Schmidt. **F. G.** 165. In foliis Ilicis Aquifolii in Vogesis. **M.**

702. **Phacidium Vaccinii** Fr. **F. G.** 454. In foliis Vaccinii Vitis idææ in Vogesis. **M.** — *Dothidea latitans,* **F. G.** 392. mihi ostendidit tantum exemplaria hujus *Phacidii.*

703. **Heterosphæria Patella** (Tode) Fr. **F. G.** 282. (*Sphæria*). In caulibus Pastinacæ et Atriplicis in Vogesis. **M.**

704. **Excipula nervisequia** (Pers.) Fr. **F. G.** 331. (*Peziza*). In foliis Plantaginis lanceolatæ in Vogesis. **M.** Cum hucusque specimina sterilia observare contigerit, nil certi de hac speciei statuere licet.

705. **Excipula aspera** Fr. **F. G.** 423. In basi caulium Osmundæ regalis in Vogesis. **M.** Ascomata margine setulis conglutinatis asperula; discus ex paraphysibus filiformibus constans sed asci nulli v. immaturi. Probabiter *Trichopezizæ* species ex vicinia *T. Pteridis* (A. S.).

706. **Stenocybe major** Nyl. Körb. Syst. Lich. 306. In cortice Pini, socia *Micropera Pinastri.* **T.** — Ut

discomyces, potius quam lichen, forte habendus; *) thallus enim quo innascitur videtur heterogeneus; gonidia non vidi. Ascomata *Embolum* æmulantia. Excipuli contextus anguste parenchymaticus fuligineus; ad marginem ascomatis inflexum cellulæ pariter angustæ sed flexuosæ et hinc inde discretæ ut rete laxum efformant. Asci cylindrici, breve stipitati 200 ≈ 10, jodii ope apice cœrulescentes paraphysibus filiformibus obvallati, octospori. Sporidia oblique monosticha fusoidea, 30—34 = 8, constricto-3-septata, utrinque rotundata, 2-4-guttulata, initio olivacea, dein fuliginea.

707. **Cenangium Pinastri** (Pers.) Fr. **F. G.** 162. Ad cortices ramorum Pini Piceæ et Abietis in Vogesis. **M.**

708. **Cenangium Padi** (A. & S.) Fr. *Sphæria padina* Fr. Ad ramos Padi emortuos in Vogesis. **M.**

709. **Cenangium seriatum** Fr. **F. G.** 336 (*Dermatea*). In cortice Betulæ albæ in sylva *Meudon* legit Léveillé. **M.**

710. **Cenangium Cerasi** (Pers.) Fr. **F. G.** 265. In cortice Pruni Cerasi in Vogesis. **M.**

711. **Cenangium ferruginosum** Fr. **F. G.** 163. In cortice Pini in Vogesis. **M.**

712. **Tympanis conspersa** Fr. *Peziza Aucupariæ* Pers. 445. In ramis Sorbi Aucupariæ in Vogesis. **M.** Ascos non vidi sed paraphyses bacillares, quan-

---

*) Quum de lichene verbum modo fecerim, liceat ad quæstionem ut ajunt, *algolichenicam*, pro et contra quam tam vehementer nunc temporis disputatur, observatiunculam, sane empiricam, sequentem memorare. De hac, quantum scio, nulla fit mentio apud disserentes, qui tamen illam (tam obvia est!) ignorare vix possunt. Ecce factum. Quotiescumque lichenum fasciculi obvolvantur vel lichen singulus ad nares adproximetur odor peculiaris (*lichenosus* dicendus) cum nullo alio commutandus et diutissime perdurans elicitur. Quotquot vero fungos e quavis serie hucusque olfecerim nil simile sensi, sed odorem, si quisquis adest, prorsus alienum et sat variabilem, *fungineum* dicendum. Lichenes ergo materiem quamdam peculiarem odoratam possident, qua fungi carent. Nota hæc differentialis parvi momenti existimari poterit, sed quum certissime constans sit, non negligenda videtur.

doque furcatas, spermatiaque cylindracea, 4 × 1, hyalina.

713. **Dermatella Frangulæ** (Pers.) Karst. **F. G.** 327. Ad ramos exsiccatos Rhamni Frangulæ in Vogesis. **M.**

714. **Scleroderris fuliginosa** (Fr.) Karst. *Cenangium difforme* Fr. **F. G.** 335. Ad ramos Salicis Capreæ in Vogesis. **M.** — Adsunt pycnidia: stylosporæ fusoideæ, curvulæ, 26–30 × 3, 3–septatæ, hyalinæ.

715. **Rhytisma Andromedæ** (Pers.) Fr. **F. G.** 167. In foliis Andromedæ polifoliæ in Vogesis. **M.**

716. **Rhytisma?? minutulum** Grognot. **F. G.** 455. Hypophylla in foliis Phyllirææ angustifoliæ, *Autun.* Grognot. Exemplaria prorsus imperfecta, cum gen. Rhytismate nil commune ferentia.

717. **Coccomyces coronatus** (Fr.) DNtrs. **F. G.** 267 (*Phacidium*). In foliis fagineis in Vogesis. **M.**

718. **Coccomyces dentatus** (K. & S.) Sacc. **F. G.** 68 (*Phacidium*). In foliis quercinis in Vogesis, sociis *Leptostromate quercino* et *Cladosporio epiphyllo*. **M.**

719. **Xylographa parallela** Fr. **F. G.** 66 (*Stictis*). Ad lignum Abietis decorticatum in Vogesis. **M.**

720. **Xylographa flexella** (Fr.) Nyl. **F. G.** 333. Ad ligna molliora cariosa abietina in Vogesis. **M.** An *Pyrenopziza?*

***X. virescens** Nyl. **F. G.** 453. Ad lignum putridum circa *Retournemer*. **M.**

721. **Schizoxylon sepincola** Pers. **F. G.** 10. Ad ligna abietina fabrefacta circa Argentoratum. **M.**

722. **Schizoxylon Berkeleyanum** (Dur. & Lév.) Fuck. **F. G.** 339 (*Stictis*). In caulibus denudatis Pulicariæ dyssentericæ in Vogesis. **M.**

723. **Stictis nivea** Pers. In foliis Pini maritimæ emortuis in agro Eburense. **Mb.**

724. **Propolis hysterioides** (Desm.) Fuck. **F. G.** 337. In foliis Caricum legit Desmazieres. **M.**

725. **Propolis exigua** (Desm.). **F. G.** 328 (*Stictis*). In culmis Junci articulati aridis in Vogesis. **M.**

726. Stegia arundinacea Fr. **F. G.** 340 (*Eustegia*). Ad culmus Phragmitis circa Argentinam. **M.**

Gymnoascaceæ

727. Exoascus?? campestris Sacc. Maculis ochraceis hypophyllis, vagis; glomerulis minutis; ascis oblongo-clavatis, 28 = 10, basi truncatis apice rotundatis 8-sporis (semper?); sporidiis globulosis 3 micr. d. hyalinis. In foliis adhuc rivis Ulmi campestris. **B.** (n.° 37). Quum desit habitus velutinus Exoasco solemnis, dubius hæreo de genere. Cum eodem observavi conidia solitaria, ovoidea, 5—6 = 2—5, hyalina, apice conidiola germinantia, more *Saccharomycetis*. Quid?

Myxomyceteæ *de Bary.*

728. Stemonitis fusca Roth. *S. fasciculata* Pers. **F. G.** 143. Ad truncos putridos in Vogesis. **M.**

(171) Comatricha typhina (Batsch.) Rost. In corticibus. **L.**

729. Enerthenema papillata (Pers.) Cooke. In ligno et Corticio adhærente parasitica. **B.** (n.° 106). Peridia breviter stipitata, globulosa, atra. Columella fere ad apicem adscendens; apice repetito-dichotoma; capillitii flocci filiformes 3 micr. crassi, fusci; sporæ globosæ, leves, 10 micr. d., fuligineo-violaceæ. Ob exemplaria minus bene evoluta papillulam non vidi.

730. Chondrioderma globosum (Pers.) Rost. *Diderma candidum* Schrad. **F. G.** 243. In tela linea putri, cum *Stemphylio botryoide, Toulouse.* **R.**

(172) Perichæna corticalis (Batsch.) Rost. f. pannosa. **F. G.** 42 (*Licea circumscissa* var.). In tela putrida *Toulouse.* **R.**

731. Hemiarcyria clavata (Pers.) Rost. *Trichia clavata* Pers. **F. G.** 44. In ligno putrido in Vogesis. **M.**

732. Trichia fallax Pers. **F. G.** 142. Ad muscos et ligna putrida in Vogesis. **M.** Flocci apicibus sensim cuspidati, reticulato-spirales, parce exasperati; sporæ sphæricæ, 12 micr. d., flavidæ, punctulatæ.

(173) **Physarum cinereum** (Batsch.) Pers. f. **pannosum**. **F. G.** 43 (*Ph. hyalinum*). In tela e Phormio contexta putri, *Toulouse*. **R.** Sporæ globulosæ, leves, 9–11 micr. d. atrofuligineæ.

733. **Badhamia hyalina** (Pers.) Berk. In corticibus arborum. **B.**

Sphæropsideæ *Lév. em.*

Ser. 1. Sphærioideæ Sacc.

Sect. 1. **Hyalosporæ**

734. **Phyllosticta Camelliæ** West. **F. G.** 132. In foliis Camelliæ japonicæ, *Tarbes*. **R.**

735. **Phyllosticta Nerii** West. **F. G.** 36. In foliis Nerii Oleandri, *Collioure*. **R.**

736. **Phyllosticta circinans** Roum. **F. G.** 123 (*Dothidea*). In foiiis Nerii Oleandri, *Perpignan*. **R.**

(297) **Phyllosticta Syringæ** West. **F. G.** 135. In foliis Syringæ, *Toulouse*. **R.**

737. **Phyllosticta Cisti** Roum. **F. G.** 236. In foliis Cisti laurifolii, *Vinca*. **R.**

738. **Phyllosticta Draconis** Berk. **F. G.** 233. In foiiis Dracænæ, *Collioure*. **R.**

739. **Phyllosticta Sambuci** Desm. **F. G.** 134. In foliis Sambuci Ebuli, *Muret*. **R.**

740. **Phyllosticta Mahoniæ** S. & S. *Septoria Mahoniæ*. **F. G.** 30. In foliis Mahoniæ Aquifolii, *Toulouse*. **R.**

741. **Phyllosticta Laureolæ** Desm. **F. G.** 425. In foliis languescentibus Laureolæ in Vogesis. **M.**

742. **Phyllosticta limbalis** Pers. **F. G.** 34. In foliis nondum emortuis Buxi sempervirentis, *Quillan*. **R.**

743. **Phyllosticta Berberidis** Rabh. In foliis Berberidis vulgaris. **L.**

744. **Phyllosticta Platanoidis** Sacc. f. **Negundinis**. In ejusdem foliis. **B.** — Spermatia perexigua cylindraceo–ossiformia, 3–4 × $^1/_2$, hyalina.

745. **Phyllosticta Arbuti** (Desm.) Sacc. **F. G.** 468.

(*Cheilaria*). In foliis Arbuti Unedonis. **R.** — Spermatia ovoidea 5 = 2, 2–guttulata. hyalina.

746. **Phyllosticta destruens** Desm. f. **Aceris platanoidis.** In ejusdem foliis. **L.** — Perithecia lenticularia, pertusa 80–100 micr. d.; spermatia oblonga 7 = 2–2½, 2–guttulata, hyalina. — f. **Pruni lusitanicæ.** **F. G.** 35 (*Photiniæ*). In foliis Pruni lusitanicæ, *Mirande.* **R.**

747. **Phyllosticta Cucurbitacearum** Sacc. In foliis Cucurbitæ. **L.**

748. **Phyllosticta Linariæ** Sacc. Maculis subcircularibus arescendo dealbatis, anguste rufo–marginatis; peritheciis sparsis punctiformibus, lenticularibus, pertusis; vix 100 micr. d.; spermatiis ovoideo–oblongis 4 = 2½, hyalinis. In foliis Linariæ Elatines. **B.**

749. **Phyllosticta Quercus** S. & S. In foliis Quercus pedunculatæ. **B.** (n.° 24).

750. **Phyllosticta rhamnigena** Sacc. *P. rhamnicola.* **F. G.** 424, nec Desm. In foliis Rhami Alaterni, *Toulouse.* **R.**

751. **Phyllosticta nemoralis** Sacc. Maculis indeterminatis expallentibus; peritheciis dense gregariis amphigenis, punctiformibus, 100–140 micr. d.; spermatiis ovoideis, 7–8 = 2–2¼, 2–guttulatis, hyalinis. — In foliis Evonymi europæi. **B.** (n. 40). — A *Ph. Evonymi* Sacc. & *Ph. Evonymella* Sacc. probe diversa.

752. **Phyllosticta Roumeguérii** Sacc. *Sphærella Tini.* **F. G.** 496. Maculis vagis, plerumque epiphyllis, arescendo griseis, margine concolori; peritheciis remotis lenticularibus, pertusis, 60–80 micr. d., contextu tenui–parenchymatico, dilute fuligineo; spermatiis ovoideo–clavulatis, 7–8 = 3½–4, sæpius inæquilateralibus, eguttulatis, hyalinis. — In foliis Viburni Tini prope *Amts.* **R.** — A *Ph. tinea* et *Ph. tineola* meis diversa.

753. **Phyllosticta typhina** Sacc. & Malb. Maculis oblongis, amphigenis, rubiginosis, centro pallidioribus,

959. **Melasmia acerina** Lév. **F. G.** 415. In foliis Aceris Pseudoplatani, *S.t Cloud*, Léveillé. **M.**

960. **Discosia Artocreas** Fr. **F. G.** 191 (in *Stigmellæ Platani* loco). In foliis Platani orientalis, *Perpignan*. **R.** — Spermatia 20 × 2, 3-septata, subhyalina, setis normalibus.

961. **Entomosporium maculatum** Lév. **F. G.** 376. Ad folia Pyri communis, *Angers*. **M.** — Stylosporæ, more generis, 4-cellulares, 18–20 × 12 hyalinæ, cellulis lateralibus minutis depressis, stipite filiformi 20 × $^3/_4$, setulis lateralibus prælongis. — *Entomosporium maculatum* Lév. f. *domesticum* seu *Morthiera Mespili* Sacc. M. V. n. 525 in Mespilo germanica, habet stylosporas 18 × 8, cellulis lateralibus depressiusculis, stipite 15 × $^3/_4$, setulis lateralibus prælongis.

962. **Entomosporium Mespili** (DC.) Sacc. *E. brachiatum* Lév. **F. G.** 375. *Morthiera Mespili* Fuck. Ad folia Cotoneasteris tomentosæ in *M. Saleve* et prope *Neuchâtel*. **M.** — Affinis præcedenti, sed stylosporæ 25 × 15, cellulis lateralibus paulo majoribus et rotundioribus, stipite crassiore 20 × $2^1/_2$; setulis lateralibus brevioribus. — *Morthieræ* nomen antiquiori *Entomosporio* locum cedere debet. Icon Fuckelii Symb. t. II. fig. 24 obversa videtur.

Ser. 3. Subcupulatæ *Sacc.*

963. **Discella carbonacea** (Fr.) B. & Br. *Phacidium*

carbonaceum Fr. *Nemaspora Mougeotii* de Lacr. **F. G.** 389. In cortice Salicis capreæ circa *Bruyeres*. **M.** — Stylosporæ fusoideæ, rectæ, 18 = 6, 1-septatæ, non constrictæ, hyalinæ, basidiis teretibus dimidio brevioribus suffultæ.

964. **Heteropatella lacera** Fuck. f. **umbilicata** (Pers. sub *Peziza*). **F. G.** 332. In caulibus Gentianæ luteæ in Vogesis (Sperm. 25 = 3 utrinque cuspidata, falcata, in basidio terete subramoso pleurogena) — f. **Linariæ** (*Peziza Linariæ* Rabh.). In caulibus Linariæ. **L.** — f. **Dauci**. In ejusdem caulibus **L.**

965. **Dinemasporium graminum** Lév. **F. G.** 426. In culmis graminum variorum. **Mb.**, **L.** in Vogesis **M.**

966. **Dinemasporium herbarum** Cooke. In caule Silenes Otitis. **Mb.** Spermatia allantoidea, 11–13 = $2^1/_2$–3, breviter ciliata, hyalina.

Melanconieæ *Berk.*

Sect. 1. **Hyalosporæ** Sacc.

967. **Myxosporium incarnatum** (Desm.) Bon. *M. **Roumeguéri** Sacc. *Nemaspora crocea*. **F. G.** 39. Conidia oblongo-ellipsoidea, 25–27 = 8–10, nubilosa hyalina, basidiis teretibus 20 = 2 suffulta. A typo differt præcipue conidiis non pyriformibus et paulo longioribus. — In cortice Cytisi Laburni, *Nérac*. **R.**

967. **Myxosporium populinum** Sacc. Acervulis pulvinatis, epidermide tumidula velatis, 1–2 mill. d., aurantiacis; conidiis subglobosis v. ellipsoideis, 13–15 = 10–11, basi subapiculatis, nubilosis, hyalinis, basidiis filiformibus 15–25 = $1^1/_2$, suffultis. — In ramis Populi fastigiatæ. **L.**

968. **Glæosporium perexiguum** Sacc. Maculis parvis, irregularibus, rufis, dein perforatis; acervulis epiphyllis, pulvinatis, minutissimis, 100 micr. d., mox erumpentibus, subsuccineis; conidiis ellipsoideo–oblongis, 5–6 = 2–3, hyalinis. — In foliis nondum emortuis Coryli Avellanæ. **B.** (n.° 27).

969. **Glœosporium tortuosum** (Thüm. et Pass.) Sacc. *Fusarium* Thüm. et Pass. Pilz. Weinst. 51. In sarmentis Vitis viniferæ. **L. Mb.** — Conidia cylindraceo-falcata, utrinque rotundata, 15–20 × 3, nubilosa, hyalina, basidiis teretibus 15 × $2^1/_2$ suffulta.

970. **Glœosporium Tremulæ** (Lib.) Pass. *Leptothyrium* Lib. (1830–37). **F. G.** 224. *G. Populi albæ* Desm. f. Tremulæ. Cfr. *Michelia* I. 219. 262. In foliis Populi Tremulæ. **Mb.** in Vogesis **M.**

971. **Glœosporium Robergei** Desm. In foliis Carpini Betuli. **Mb.** Conidia ellipsoidea, 13–16 × 8–9, nubilosa, subhyalina.

972. **Glœosporium Ribis** (Lib.) Mont. & Desm. In foliis Ribis rubri. **L.**

973. **Glœosporium Coryli** (Desm.) Sacc. *Cheilaria Coryli* Desm. In maculis ochraceis, epiphyllis foliorum Coryli Avellanæ. **L.** — Conidia oblonga, utrinque rotundata 14–15 × 6, medio quandoque lenissime coarctata, 2-guttata, hyalina, basidiis brevissimis obtusis, basi olivascentibus, suffulta.

974. **Glæosporium Platani** (Mont.) Oud. **F. G.** 155. (*Fusarium*). In foliis Platani orientalis *Perpignan.* **R.**

975. **Glœosporium Mougeotii** Desm. **F. G.** 318. In caule foliisque Bartsiæ alpinæ in Vogesorum *M. Hohneck.* **M.** — Conidia oblonga, minuta, 5 × $1^1/_2$–2, hyalina.

976. **Glæosporium pachybasium** Sacc. (cum n.° 179 **F. G.** «*Sphæria atrovirens*»). Acervulis pulvinatis, hypophyllis, subcutaneis, dein suberumpentibus, $^1/_4$–$^1/_3$ mill. d., e circulari angulosis, carneolis; conidiis oblongo-ellipsoideis, 14–16 × 6–8, basi apiculatis, apice rotundatis, pluriguttulatis hyalinis, in basidiis crassis obovoideis, 15–20 × 10, subquaternato-acrogenis, rarius et uno alterove conidio pleurogeno. In foliis Buxi sempervirentis, *Montauban.* **R.** — Basidia subtetraspora, crassa, illa Hymenomycetum in memoriam revocant!

977. **Glæosporium Cydoniæ** Mont. & Cast. **F. G.** 139.

In foliis Cydoniæ vulgaris ad pag. sup. *Toulouse.* **R.** — Conidia cylindracea, curvula, 15–20 ≈ 2–2½, utrinque obtusiuscula, hyalina, basidiis teretibus dimidio brevioribus suffulta, denique protrusa. Acervuli minutissimi, copiosissimi.

978. **Glæosporium intermedium** Sacc. **F. G.** 21 (*Diplodia heteroclita*). Acervulis gregariis, punctiformibus, nigris, dein suberumpentibus, diam. ⅙–⅕ mill., conidiis oblongis, utrinque rotundatis 15—20 ≈ 4–5½, hyalinis, basidiis teretibus 15—20 ≈ 3½ suffultis. — In foliis emortuis v. languentibus (semper tamen in partibus exsiccatis) Citri Aurantii, *Collioure.* **R.**, *Saintes.* **B.** — Inter *G. affine* Sacc. et *G. macropus* Sacc. fere medium.

Sect. 2. **Phæosporæ** Sacc.

979. **Melanconium bicolor** Corda v. **ramulorum** Corda. In ramulis Carpini Betuli **L.** — Conidia ellipsoidea, 9–10 ≈ 7–8, deorsum apiculata, guttulata, fuliginea, basidiis filiformibus triplo longioribus hyalinis suffulta.

980. **Melanconium betulinum** S. & K. **F. G.** 77 *a. b.* (*M. bicolor*). — In cortice Betulæ albæ in Vogesis **M.** et in Gallia australi. **R.** — Conidia obovoidea, 15–16 ≈ 8–9, deorsum subacutata, 1-guttata, fuliginea.

(315) **Melanconium juglandinum** Kunze. *Mel. ovatum.* **F. G.** 476 et *Stilbospora macrosperma* **F. G.** 237. In cortice Juglandis in Vogesis. **M.** — Conidia obovata, 25 ≈ 15, intus granulosa, fuliginea, pedicellis prælongis simplicibus v. furcatis fulta.

981. **Melanconium sphæroideum** Link. Spec. II. 92! ex cit. Moug., *Stilbospora microsperma* Moug. **F. G.** 431. In ramulis Alni glutinosæ (nec Frangulæ) in Vogesis. **M.** — Acervuli minuti epidermide tumidula diu tecti, nigri. Conidia obovata, utrinque, præcipue apice, obtusa, minuta, 10 ≈ 6, 1–2-nucleata, olivaceo-fusca.

982. **Melanconium apiocarpum** Link. Spec. II. 90. In

ramis Alni glutinosæ **L.** Conidia ovato-obpyriformia 15 × 8—9, nucleata, olivacea.

983. **Melanconium sphærospermum** (Pers.) Link. **F. G.** 348. In culmis Phragmitis communis in Vogesis **M.** — Conidia e fronte orbicularia, 10–11 micr. diam. e latere compressa 6–7 micr. diam., fuliginea prorsus *Coniosporii* (Papulariæ) *Arundinis* Corda, sed acervuli oblongi innato-suberumpentes, nec effusi superficiales. An tamen ejusdem forma tecta?

984. **Melanconium Pandani** Lév. in Ann. Scienc. natur. Bot. 1845 p. 66. In foliis Pandani culti, *Lyon* **T.** — Conidia oblonga, apice rotundata, deorsum subacutata, 8–9 × 4—5, 2—guttata, olivacea, basidiis prælongis, filiformibus, ramulosis, tortuosis, hyalinis, plerumque 40—50 × 3 suffulta. Acervuli erumpentes, atri, crassiusculi, prominentes, 1—1½ mill. d.

Sect. 3. **Didymosporæ** Sacc.

985. **Marsonia Juglandis** (Lib.) Sacc. In foliis Juglandis nigræ. **B.**

986. **Marsonia Castagnei** (Desm. et Mont.) Sacc. **F. G.** 317 (*Glœosporium*). In foliis Populi albæ ad pag. sup. in Vogesis **M.** — Conidia oblongo-clavata, 18–20 × 7–8, 1-septata non v. leniter constricta, hyalina. — Peraffinis *M. Populi* (Lib.) a qua conidiis paulo angustioribus differre videtur.

987. **Marsonia Potentillæ** (Desm.) Fisch. In pag. sup. foliorum Potentillæ reptantis **L.** (conid. 20 × 9) et Pot. anserinæ **B.** [n.° 73] (conid. 25 × 7).

988. **Marsonia Delastrei** (De Lacr.) Sacc. *Glœosporium* De Lacr. In utraque pagina Lychnidis dioicæ **L.** — Conidia clavato—obpyriformia, 20—25 × 6–7, sæpe inæquilateralia, infra medium denique 1-septata, nubilosa, hyalina, basidiis teretibus brevibus, 8–10 × 3, suffulta. — Specimina in Rabh. F. E. 2067, Oudem. F. N. 89, Schröt. F. Bad. 95 congruunt. — *Glœosporium Lychnidis* Oud. Aanw. I. p. 3. nescio qua nota differat.

Sect. 4. **Phragmosporæ** Sacc.

989. **Pestalozzia Guepini** Desm. **F. G.** 315. In foliis Cameliæ japonicæ, *Angers* etc. **M.**

(321) **Pestalozzia funerea** Desm. **F. G.** 432. In foliis emortuis Thujarum legit Desmazieres **M.** — **multiseta** Speg. **F. G.** 234 (*Phyllosticta Rhododendri*). In foliis Rhododendri arborei, *Versailles*. **R.** — Conidia 25 × 9, apice 4–5-seta; setæ 15 × 1; stipes 5 × 1.

(320) **Coryneum microstictum** Berk. In sarmentis Vitis. **L.** — **laurinum**. Differt conidiis brevioribus, nempe 12—15 × 5–6, fuligineis, loculo infimo pallidiore, stipite breviore, nempe 15 × 1½, hyalino; acervulis hypophyllis, minutis, dein erumpentibus. In foliis Lauri nobilis. **B.**

990. **Coryneum fusarioides** Sacc. Acervulis gregariis erumpentibus, dein pulvinatis, varieque tuberculatis, aterrimis, 100 = 200 micr. d.; conidiis fusoideo-falcatis, 45 × 6, utrinque acutis, 7–8-septatis, 7-guttulatis, fumosis, loculis extimis hyalinis, basidiis filiformibus, subcoalitis, fuligineis. — In cortice Populi fastigiatæ **L.** — Videretur forma melanconiea *Hendersoniæ fusarioidis* Sacc.

Sect. 5. **Scoleco-allantosporæ** Sacc.

991. **Næmaspora croceola** Sacc. *Myxosporium croceum* **F. G.** 138. Acervulis subcutaneis, pulvinatis, 2–3 mill. d., amæne aurantiacis, intus plurinucleatis (sed perithecio carentibus); conidiis botuliformibus, minutis 6 × ¾, basidiis bis verticillato-ramulosis, acicularibus suffultis. — In ramis corticatis Castaneæ vescæ, *Toulouse*. **R.** — *N. crocea* Desm. et *microsperma* Desm., quæ habitu subsimiles, differunt tamen ob conidia (saltem ex Desm. icone) globulosa.

992. **Cryptosporium opegraphoides** Malbr. & Sacc. Acervulis sparsis, plano-pulvinatis, tectis dein erumpentibus, ambitu angulosis, ½ mill. d., nigris; conidiis cylindraceo-bacillaribus, curvis, utrinque rotun-

datis 40–45 = $3^1/_2$, nubilosis, hyalinis, basidiis teretibus dimidio brevioribus suffultis. — In ramulis corticatis Fagi sylvaticæ, *Brionne.* **Mb.**

(325) **Cylindrosporium Myosotis** Sacc. f. **Symphyti** et f. **Borraginis.** In ejusdem foliis. **L.** Conidia filiformia, 40–50 = $1^1/_2$–$1^3/_4$, subflexuosa, hyalina. — Hæ formæ sub nominibus variis *Cylindrosporæ* v. *Septoriæ* etc. occurrunt apud auctores, sed incertissime limitatæ.

993. **Cylindrosporium Alismacearum** Sacc. Acervulis punctiformibus, sub-cutaneis, dein sub-erumpentibus; conidiis bacillaribus, subcurvis, 30 = $1^1/_2$–2, pluriguttulatis, utrinque obtusiusculis, et mycelio filiformi, vage ramuloso oriundis. — In foliis Alismatis Plantaginis, socio *Entylomate Alismacearum*, quocum metagenetice connexum est. **L.**

Sect. 6. **Dictyosporæ** Sacc.

994. **Steganosporium pyriforme** (Hoffm.) Corda. In cortice trunci Tiliæ, *Lyon.* **T.** — Conidia clavato-obpyriformia, 35–40 = 15–18, utrinque, præcipue apice, rotundata, 4–6-septata, septo uno alterove longitudinali (v. saltem plasmate murali-diviso) olivaceo-fuliginea, basidiis filiformibus, 40–50 = 2–3 suffulta.

995. **Phragmotrichum Chailletii** Kunze. **F. G.** 458. In squamis strobilorum Abietis excelsæ in Vogesis. **M.**

996. **Asterosporium Hoffmanni** Kze. **F. G.** 240. In cortice Fagi sylvaticæ. **M.**

Hyphomyceteæ *Martius.*

Mucedineæ *Fr.* em.

Micronemeæ Sacc.

Sect. 1. **Oo-bactrosporæ.** Sacc.

997. **Geotrichum candidum** Link. In charta putri cum foliis exsiccandis Ruborum **Mb.** — Conidia breve cylindrica utrinque truncata, 4–6 = 3, hyalina.

998. **Cylindrium griseum** (Desm.) Bon. **F. G.** 442 (*Fusidium*). In foliis putrescentibus quercinis in Vogesis. **M.** — Conidia cylindrica, 18 × 2, utrinque obtusa subhyalina.

Sect. 2. **Phragmosporæ.** Sacc.

999. **Septocylindrium Bonordenii** Sacc. In foliis putrescentibus Galanthi nivalis **L.**

MACRONEMEÆ Sacc.

Sect. 1. **Oosporæ.** Sacc.

1000. **Oidium leucoconium.** Desm. **F. G.** 226 (*Septoria Rosæ*). In foliis Rosæ cultæ, *Toulouse* **R.**

1001. **Oidium erysiphoides** Fr. Formas verisimiliter ad varios status ascophoros pertinentes observavi in Berberide, Lycio europæo, Potentilla reptante, **B.**; Lycio ovato, Bellide, Lactuca murali. **L.**

1002. **Aspergillus phæocephalus** Dur. & Mont. *A. niger* Thieg. **F. G.** 441. In radicibus putridis, *Chemnitz.* ZIMMERMANN.

1002. **Sterigmatocystis candida** Sacc. In superficie Acidi citrici, socio *Penicillio glauco.* **B.**

1003. **Botrytis pilulifera** Sacc. Effusa, bombycina, subpannosa, alba; hyphis sterilibus repentibus varie intricato-ramosis, fertilibus assurgentibus, hinc inde ramulosis, furcatisve, cylindricis, 7-micr. cr., septatis, nubilose hyalinis; conidiis ad apicem (rarius subinflatum) ramorum laxe aggregatis, perfecte sphæricis, 16-18 micr. d., intus granuloso-farctis, hyalinis. — In stercore felino in cellis udis, Julio. **T.** — Affinis videtur *Botryti eleganti,* a qua conidiis multo majoribus et hyphasmate crassiore differt.

1004. **Ovularia carneola** Sacc. Cæspitulis hypophyllis, areolas subochraceas efficientibus, albido-carneis, minutis; hyphis fasciculatis, sursum acutioribus, eseptatis, 15-25 × 3, conidiisque acrogenis ovoideo-oblongis 5-7 × 3-4, continuis, e hyalino roseolis. — In foliis Scrophulariæ nodosæ **L.**

1005. **Ovularia duplex** Sacc. Cæspitulis hypophyllis areolas sub-ochraceas efficientibus, albis, minutis; hyphis fasciculatis dimorphis sæpe consociatis, nunc teretibus, 40 × 4, continuis simplicibus, ad apicem conidia ovoidea, 6–7 × 4, dilutissime chlorina gerentibus, nunc filiformibus 50 × 1–2, simplicibus furcatisve continuis conidia longiora, 8—15 × 3—4½, prorsus hyalina ferentibus. — In foliis Scrophulariæ nodosæ. **L.** — Etsi loco et habitu cum præcedente conveniat, diversas tamen notas affert. — *Ovulariam obovatam* (Fuck.) in Rumicibus miserunt quoque **L.** et **B.**

Sect. 2. **Didymosporæ** Sacc.

(335) **Trichothecium roseum** Link **F. G.** 440 (*Dactylium r.*) et 104 (*Corticium r.*). In ligno pineo et in tela putri in Gallia australi. **R.**; in cortice Populi fastigiatæ **L.**

Sect. 3. **Phragmosporæ** Sacc.

1006. **Ramularia variabilis** Fuck. f. **Blattariæ.** In ejusdem foliis. **L.**

1007. **Ramularia Primulæ** Thüm. In foliis Primulæ acaulis **B.** Cæspituli amphigeni maculicolæ; hyphæ 50—60 × 5, sursum denticulatæ; conidia fusoideo—cylindracea, 20—40 × 3—6 non vel 1-septata, hyalina.

1008. **Ramularia sylvestris** Sacc. Cæspitulis hypophyllis, puncti-formibus, maculicolis; hyphis brevissimis, simplicibus, 15–20 × 3, sursum denticulatis, hyalinis; conidiis cylindraceo-fusoideis, 20–30 × 2½, plerumque 1–septatis, hyalinis. — In foliis Dipsaci sylvestris. **B.**

1009. **Ramularia matronalis** Sacc. Cæspitulis amphigenis, punctiformibus confluentibusque, albidis; hyphis filiformibus 30–40 × 2, septulatis, nodulosis, hyalinis; conidiis fusoideo-cylindraceis, 18 × 2, continuis v. 1–septatis hyalinis. — In foliis Hesperidis matronalis. **L.**

Dematieæ *Fr.* em.

Micronemeæ Sacc.

Sect. 1. **Amerosporæ** Sacc.

1010. **Torula herbarum** Link. In caule putri Rumicum. **L.** — Catenulæ 45–60 × 6–7, ex conidiis 6–11 conflatæ.

1011. **Torula expansa** Recent. Fuck. etc. **F. G.** 314 sed vix *Hormiscium expansum* Kunze. In tela putri *Toulouse.* **R.** — Conidia in catenulas tetra–hexasporas 15–25 · $5^1/_2$ diu connexa, nigra.

1012. **Heterobotrys paradoxa** Sacc. Cæspitulosa, gregaria, nigra, epiphylla; hyphis vagis repentibus, septatis dilute fuligineis, guttulatis, 8–12 micr. cr.; conidiis modo catenulatis per sterigmata brevissima connexis, sphæricis v. sphærico–deltoideis, 12 micr. d., subhyalinis, modo eximie glomerulatis multo minoribus, nempe 6 micr. d., subfuscis. — In pagina superiore Evonymi japonici. **L.** Forma prædistincta!

1013. **Tæniola pithyophila** Bon. **F. G.** 241. In ramulis Abietis pectinatæ in Vogesis **M.** — Pertinet ad *Capnodium.*

1014. **Coniosporium Bambusæ** (Thüm. & Bolle.). In foliis Bambusæ. **L.** Conidia sphærica 5–6 micr. d. fuliginea.

1015. **Coniosporium rhizophilum** (Pr.) Sacc. In rhizomate Agrostidis. **Mb.** — Conidia globosa v. subangulosa 8–10 micr. d. ex hyphulis filiformibus hyalinis septulatis oriunda, mox secedentia, fusca.

1016. **Coniosporium Arundinis** (Corda) Sacc. In culmis Phragmitis communis. **L.** Conidia globoso–depressa 9–12 micr., lat., 6–7 micr. cr., fuliginea.

Sect. 2. **Didymosporæ** Sacc.

1017. **Bispora monilioides** Corda. **F. G.** 433. In ligno fagineo fabrefacto udo in Vogesis. **M.**

Sect. 3. **Dictyosporæ** Sacc.

1018. **Speira toruloides** Corda. In foliis putridis Pandani culti. **T.** Conidii ovoidei articulorum series longitudinales senæ v. septenæ, conglutinalæ dein relaxatæ, 50–60 = 9, 7–septatæ, guttulatæ, fuligineæ.

1019. **Stigmella dryina** (Corda) Lév. **F. G.** 427. Ad folia quercina ad Vigennam legit DE LACROIX. **M.**

1020. **Coniothecium capsularum** Grogn. **F. G.** 41. In capsulis Catalpæ syringæfoliæ, *Perpignan.* **R.**

1021. **Coniothecium Amentacearum** Corda. **F. G.** 316. In ramis salicinis in Vogesis. **M.**

1022. **Coniothecium donacinum** Sacc. **F. G.** 140 (*Torula donacina*). Effusum, superficiale, nigro–pulveraceum; conidiis varie coalitis, singulis globulosis 6–7 micr. d., sæpius septo dimidiatis, atrofuligineis. — In culmis putrescentibus Arundinis Donacis, *Perpignan,* autumno. **R.**

MACRONEMEÆ *Sacc.*

Sect. 1. **Amerosporæ** Sacc.

A) *Phæosporæ.*

(375) **Periconia pycnospora** Fres. Habui quoque in Leucanthemo et Tamo (conid. 15–17 micr. d.) **Mb.**, Rumice, Urtica et Graminibus (conid. 14 micr. d.). **L.** Ad num. 375 Seriei primæ conidia hujus speciei levia dixi, sed ex errore, nam matura distincte asperula fiunt.

1023. **Periconia chlorocephala** Fres. In foliis caricinis putridis. **L.** — Conidia globosa, levia, 6–7 micr. d.

1024. **Trichosporium nigricans** Sacc. Effusum, nigrum, subvelutinum v. denique subpulveraceum; hyphis semi–decumbentibus, basi anastomosantibus, sursum simplicibus furcatisve, distincte septatis, filiformibus, ad apicem quandoque lenissime inflatis, fuligineis; conidiis ad apices insertis, copiosis, perfecte globosis $6^1/_2$–

8 micr. d. fuligineo-nigris, nucleolo pallidiore fœtis. — Sub cortice relaxato ramorum Fagi et Carpini. **L.**

B) *Hyalosporæ.*

1025. **Helicotrichum obscurum** (Corda) Sacc. *Helicosporium* Corda. In caulibus Dipsaci sylvestris. **L.**

Sect. 2. **Didymosporæ** Sacc.

(355) **Fusicladium dendriticum** (Wallr.) Fuck. v. **orbiculatum.** **F. G.** 438 (*Cladosp.*). In foliis Cratægi Pyracanthæ in Vogesis. **M.**

1026. ?**Napicladium Soraureri** Thüm. **F. G.** 154. In epicarpio Mali, *Toulouse.* **R.** — Mycelium tantum.

(358) **Polythrincium Trifolii** Kunze. In foliis Trifolii repentis. **B.** (n.° 123).

1027. **Cladosporium Typharum** Desm. In foliis Typhæ angustifoliæ putridis. **Mb.** — Conidia oblonga 20–22 × 8, 2–3–septata, olivacea.

1028. **Cladosporium Asteroma** Fuck. *macrosporum In foliorum pagina sup. Populi albæ. **Mb.** — Conidia obpyriformia, 30–35 × 6, 1–septata, olivacea.

1029. **Cladosporium epiphyllum** Nees. In foliis Laurocerasi, Hederæ, Platani. **B. L.**

(353) **Cladosporium fasciculatum** Corda. **F. G.** 439, 323 (*Cladosp. dendr.*), 152 (*Helmint. gracile*). In foliis Bambusæ latifoliæ, *Toulouse,* et Pseudacori, *Autun.* **R.** In hac matrice observari quoque: **Phomam Iridum** s. n. peritheciis gregariis, subcutaneis, vix erumpentibus, globoso–lenticularibus, $^1/_8$ mill. d., ostiolo obtuso; conidiis oblongis, 10 × $2^1/_2$ suffultis.

(352) **Cladosporium herbarum** (Pers.) Link. **F. G.** 258, 59, 88 (*Sphœria phomoides*). In caulibus Asparagi, Vincæ majoris, *Toulouse.* **R.** ramulis Œnotheræ, Raphani, Sisymbrii. **L.**, in foliis Nerii et Lauri. **B.** — f. **epixyla.** In ligno recens cæso. **L.**

1030. **Cladosporium compactum** Sacc. Acervulis erumpentibus, compactiusculis, olivaceis, $^1/_3$–$^1/_2$ mill. d.; hyphis fasciculatis, simplicibus, furcatisve, eseptatis, 70-80 × 6, melleo-olivaceis; conidiis rhombeo-fusoideis, 10–14 × 7, 1-septatis, non constrictis, concoloribus. — In caulibus emortuis Delphinii Ajacis. **L.**

1031. **Epochnium monilioides** Link. In asseribus putridis udis. **T.** — Stirps vere singularis et mihi nondum perfecte clara. Adest subiculum v. mycelium album gossypinum effusum, ex hyphis filiformibus hyalinis vage ramosis conflatum. Hinc inde ex mycelio nascuntur sporophora cylindracea, sursum acutata, 20–25 × 3, hyalina, conidia obpyriformia $4^1/_2$ × $3^1/_2$ pariter hyalinia gerentia. Sed ex *iisdem hyphis* serius enascuntur sporophora teretia apice obtusiuscule dilute olivacea, ex quorum apice oriuntur conidia longiuscule catenulata, oblonga v. obpyriformia, subinæqualia, 12–15 × 6, plerumque 1-septata, atro-olivacea, gemmipare generata. Hyphæ et conidia hujuscemodi efficiunt acervulos pulvinatos nigros ex subiculo albo hinc inde orientes. — Quum *Epochnii* generis diagnosim concinnaverim (Cfr. retro pag. 30) ad *E. cladosporioides* Berk. animadvertebam, et hinc inter Dictyosporas collocavi. Sed, specie typica nunc cognita, *Epochnium* cum hac inter Didymosporas reduci debet et *E. cladosporioides* sub nomine *Epochniellæ* inter Dictyosporas maneat.

Sect. 3. **Phragmosporæ** Sacc.

1032. **Dendryphium toruloides** (Fres.) Sacc. In caulibus putrescentibus Parietariæ officinalis. **B.** Verbasci et Galeopsidis. **L.**, Umbelliferarum. **Mb.** — Hyphæ, seu stipites filiformes, septulatæ, 200–250 × 8–11, fuligineæ, apicem versus ramulis brevissimis obtusis instructæ; conidia cylindracea, 20—25 × 6—7, 4—cellularia, ad septa constricta, olivaceo-fuliginea (concatenata non visa).

1033. **Sporoschisma mirabile** Berk. In caule putrescente Lythri Salicariæ. **L.**

Sect. 4. **Scolecosporæ** Sacc.

1034. **Cercospora circumscissa** Sacc. In foliis Pruni domesticæ et spinosæ. **B.** (n.° 41. 90).

1035. **Cercospora beticola** Sacc. In foliis Betæ vulgaris var. **L.**

1036. **Cercospora depazeoides** (Desm.) Sacc. **F. G.** 158. In foliis Sambuci nigræ, *Prades* **R., B.** (n.° 103).

1037. **Cercospora Capparidis** Sacc. **F. G.** 259. In foliis Capparidis spinosæ, *Toulouse.* **R.**

1038. **Cercospora Boussingaultiæ** Roum. **F. G.** 60. In foliis languidis Boussingaultiæ baselloidis, *Perpignan.* **R.** Hyphæ cercosporeæ, sed conidia non vidi.

1039. **Cercospora Lilacis** (Desm.) Sacc. *Exosporium Lilacis* Desm. **F. G.** 437. In foliis Syringæ vulgaris in Vogesis etc. **M.**

1040. **Cercospora Rössleri** (Catt.) Sacc. *Cladosporium Rœssleri* Catt. *Septosporium Fuckelii* Thüm. In pagina inferiore foliorum Vitis viniferæ, *Brionne* **Mb.** — Hyphæ fasciculatæ, guttulato-septulatæ, 45–55 × 5, dilute olivaceæ; conidia cylindracea, utrinque obtusiuscula, 50–60 × 7, recta v. curvula, 3–5-septata, guttulataque olivacea.

1041. **Cercospora microsora** Sacc. Cæspitulis punctiformibus foliorum maculas amphigenas minutas brunneas incolentibus, gregariis; hyphis subfasciculatis e tuberculo stromatico oriundis, brevissimis, deorsum subincrassatis, eseptatis, 20–30 × 3, subolivaceis; conidiis bacillaribus, 35–45 × $3^1/_2$, 3-septatis, ad septa quandoque constrictis, minute guttulatis, dilute olivaceis. In foliis Tiliæ europeæ nondum emortuis. **L.**

1042. **Cercospora ochracea** Sacc. & Malbr. Cæspitulis dense gregariis ochraceis minutis maculas epiphyllas vagas ferrugineas incolentibus; hyphis fasciculatis leniter flexuosis, 50–60 × 5–6, septulatis, fuligineis; conidiis fusoideo-bacillaribus, 30–40 × 4–$4^1/_2$, curvulis, 1-2-septatis, leniter constrictis, dilute fuligineis.

— In foliis Lobeliæ urentis in palude Vernier (*Eure*). **Mb.** — Cæspitulorum colore mox distinguenda species.

Sect. 4. **Scolecosporæ** Sacc.

1043. **Helicosporium Mülleri** (Corda) Sacc. *Helicoma Mülleri* Corda. In ligno decorticato putrescente. **L.** Hyphæ steriles repentes, fertiles assurgentes, 10 micr. cr., sursum ramulos v. denticulos laterales exerentes, septatæ fuligineæ; conidia plerumque pleurogena, vermicularia helicoideo–convoluta, 6–7 micr. cr. (conidii convoluti diam. 25 micr.) 3–4–septata, guttulata hyalina. — Quum et in ceteris *Helicosporii* speciebus conidia sint pleuro–acrogena, discrimen inter hoc genus et *Helicoma* Corda evanescit.

Sect. 5. **Dictyosporæ** Sacc.

1044. **Macrosporium Brassicæ** Berk. In foliis Brassicæ oleraceæ. **Mb.** Conidia clavato–stipitata 120–140 = 20–25, 6–8–septato–muriformia fuligicea. — An *Alternariæ* species?

1045. **Stemphylium botryosum** Wallr. *Macrosporium Zimmermannii* **F. G.** 396 (et cum num. 243), *Ulocladium Botrytis* Pr. In tela et charta putrescentibus. **Mb.** et *Toulouse.* **R.** Hyphæ vage ramosæ tortuosæ, eseptatæ, hyalinæ; conidia obovoidea 18–20 = 12–15, 3–septata, septisque longitudinalibus 1–seriatis, atrofuliginea.

(360) **Fumago vagans** Pers. **F. G.** 157. In foliis Mahoniæ, *Mirande.* **R.**, Prunorum et Cytisi **L.**, **B.**

1046. **Fumago Rivieriana** (Roze) **F. G.** 132 (cum *Phyllosticta Camelliæ*). *Fumago Camelliæ* Catt. In foliis Camelliæ japonicæ, *Tarbes.* **R.**, socia *Phyllosticta Camelliæ* West.

1047. **Fumago lateritiorum** Sacc. Acervulis pulvinatis, denique confluentibus, inæqualibus, atris; hyphis in conidia abeuntibus, filiformibus, sæpe in ganglia muriformia coalitis, initio pallidis, dein atrofuligineis ar-

ticulis globoso-cuboideis, 6–8 micr. d., guttulatis. — In superficie murorum lateritiorum uda. **B.**

1048. **Fumago crustacea** Sacc. Effusa, crustacea, rugulosa, nigra, subsecedens; hyphis vagis repentibus; conidiis catenulatis sphæricis v. sphærico-cuboideis, 7–8 micr. d. pallide crasseque nucleatis, e fumoso rufescentibus, tandem varie divisis v. coalescentibus obscurioribus (initio vero et diu multo minoribus, 4–5 micr. d. hyalinis guttulatis, speciem alienam fingentibus). In trunco salicino v. pyrino levigato. **L.**

Tuberculariæ *Fr.*

Ser. 1. Tuberculariæ mucedineæ.

Sect. 1. **Amerosporæ** Sacc.

1049. **Tubercularia carpogena** Corda. **F. G.** 153. In capsulis Æsculi Hippocastani, *Toulouse.* **R.**

1050. **Tubercularia Evonymi** Roum. **F. G.** 55. In ramulis Evonymi japonici, *Perpignan.* **R.** — Acervuli minuti, pulvinati, lateritii; conidia cylindracea 6 = 1, in basidiis filiformibus vehementer curvatis 40 = $1^1/_2$ pleurogena.

1051. **Tubercularia confluens** Pers. **F. G.** 17. In cortice Juglandis etc. in Vogesis. **M.**

(332) **Tubercularia nigricans** Link. **F. G.** 435 (*T. Æsculi*). In ramis Æsculi in Vogesis. **M.**, Tiliæ. **L.**

(331) **Tubercularia vulgaris** Tode. **F. G.** 273 (*Nectria cinnabarina*), 255 (*Tub. confluens* var.), 436 (*Tub. expallens*). In ramis corticatis Rhamni Alaterni, *Perpignan.* **R.**, Sophoræ, *Agen.* **R.** Carpini, in Vogesis. **M.**

1052. **Tubercularia Menispermi** Fr. In sarmentis Menispermi canadensis in Horto Botanico Rothomagensi. **Mb.** — Acervuli minuti semitecti; conidia oblongo-cylindracea, 8–10 = $2^1/_2$, in basidiis filiformibus vix curvatis pleurogena.

1053. **Tubercularia Magnoliæ** Pers. in West. **F. G.**

254 (*T. pusilla* Roum., nec Sacc.). In cortice Magnoliæ grandifloræ, *Toulouse*. **R.**

1054. **Dendrodochium rubellum** Sacc. Acervulis plano-pulvinatis, gregariis erumpentibus, $^1/_2$ mill. d., roseis; sporophoris ex hyphis repentibus oriundis, erectis, furcatis, acutis, 25–35 × 2; conidiis acrogenis oblongis, 8–9 × 2–3, e roseo hyalinis. — In ramis corticatis Pruni domesticæ. **B.** (n.° 107). — A *D. aurantiaco* conidiis elongatis nec globulosis præ ceteris differt.

1055. **Dendrodochium roseum** (Berk.?) Sacc. Acervulis erumpentibus, sparsis, pulvinatis, $1^3/_4$–2 mill. d., pallide roseis, levibus, glabris; conidiis globoso-ellipsoideis, 4 × 3–$3^1/_2$, nucleatis hyalinis basidiis dense fasciculatis, furcatis, septulalis suffultis. — In tuberibus Solani tuberosi putrescentibus. **L.** — *Psilonia rosea* Berk. in pluribus convenit, sed setis rigidis differt.

1056. **Sphacelia nigricans** (Tul.) Sclerotio incipienti *Clavicipitis nigricantis* adnascens, depressa, pulvinata, erumpens v. velata; basidiis dense fasciculatis, teretibus, simplicibus, v. raro ramulosis, hyalinis, apice obtusis, 14–15 × $1^1/_2$; conidiis solitarie acrogenis, basidio diu hærentibus, globosis, $1^1/_2$—2 micr. d. hyalinis. In calamis Caricis paniculatæ v. affinis. **T.**

1057. **Cylindrocolla Urticæ** (Pers.) Bon. *Fusarium tremelloides* Grev. **F. G.** 256. In caulibus Urticæ dioicæ, *Toulouse*. **R.** Basidia repetito tri-dichotome ramosa, filiformia, prælonga; conidia acrogena, cylindracea, 10 × 1–$1^1/_2$, hyalina.

1058. **Illosporium coccineum** Fr. **F. G.** 321. In lichenibus leprosis crustaceis legit Prévost in Gallia occidentali. **M.**

1059. **Hymenula rubella** Fr. **F. G.** 452. In foliis Typhæ latifoliæ legit Guepin. **M.**

1060. **Volutella Buxi** (Fr.) Berk. **F. G.** 279 (*Chætostroma Buxi*). In foliis siccis Buxi sempervirentis, *Toulouse*. **R.**

1061. **Heliscus lugdunensis** Sacc. & Therry. Acervulis v. sporodochiis pulvinato-applanatis, laxiusculis, candidis, $^1/_2$–1 mill. d., ambitu vario; basidiis e trunco communi crassiore repetito–dichotome ramosis, totis 50–60 × $2^1/_2$, parce septulatis, hyalinis; conidiis solitarie acrogenis, cylindraceis, apice clavi ad instar polygono-capitatis, 35–40 × 7, 3-septatis, hyalinis. — In cortice levi Pini cujusdam in ambulacris Lugduni (*Lyon*) hieme 1880. **T.**, qui, cum speciminibus, iconem et observationes de novo fungillo communicavit.

1062. **Fusarium album** Sacc. F. Ital. fig. 42. In cortice levi Pini cujusdam *Lyon,* cum *Helisco.* **T.** — Conidia tereti–falcata, 55–65 × 6, 3–4-septata, hyalina.

1063. **Fusarium Gaudefroyanum** Sacc. Acervulis seu sporodochiis sparsis, punctiformibus, $^1/_6$ mill. d., superficialibus, carneis; conidiis bacillari–fusoideis, angustissimis, 50–55 × 3–$3^1/_2$, curvulis, utrinque præcipue apice acutissimis, tenuiter 5-septatis, hyalino–roseis, basidiis simpliciter verticillato–ramulosis, 20 × 4 suffultis. — In foliis Cyperacearum (Caricis?) ad storeas confíciendas adhibitis et in Sequana (*Seines*) diu natantibus, socia *Ascochyta sociali* legit Gaudefroy. — Differt a *F. graminum* Corda coniniis longioribus, septatis, loco natali etc.

1064. **Fusarium insidiosum** Roum. **F. G.** 57. In caulibus emortuis Phytolaccæ decandræ, *Perpignan.* **R.** — Sporodochia minuta, erumpentia, succineo–rubra. Conidia falcata 20–21 × $3^1/_2$–4, obsolete 3-septata, basidiis simpliciter verticillatis, crassiusculis suffulta.

(326) **Fusarium pyrochroum** (Desm.) Sacc. In ramis Rubi. **L.** — Conidia 35 × 3–$3^1/_2$, spurie 5-septata.

(327) **Fusarium sarcochroum** (Desm.) Sacc. In ramis Syringæ, Ephedræ, Macluræ, Persicæ. **L. Mb. B.**

1065. **Fusarium** (Fusisporium) **Betæ** Desm. **F. G.** 324.

In radicibus Betæ rubræ putrescentibus in Gallia boreali legit Desmazieres. **M.** — Conidia anguste falciformia, 50–60 × 4–5, utrinque acuta, 3–septata, hyalina, basidiis brevibus crassiusculis simplicibus furcatisve suffulta.

Ser. 2. Tuberculariæ dematieæ.

Sect. 1. **Amerosporæ** Sacc.

1066. **Epicoccum neglectum** Desm. In foliis putrescentibus Lauri nobilis. **B.** et in ligno udo **L.** — A generis typo *E. nigro* Link. (h. e. *E. vulgare* Corda, *E. versicolor* Rabh.) forte non satis differt hæc forma.

1067. **Myrothecium Verrucaria** Tode. In charta uda putri. **T.** Conidia cylindraceo-fusoidea 10 × 3, atro-olivacea.

(366) **Exosporium Tiliæ** Link. *Coryneum pulvinatum* K. & S. (saltem p. p.). **F. G.** 40. In ramis corticatis Tiliæ europeæ in Vogesis. **M.** — Verisimiliter *Exosp. Tiliæ, Coryneum pulvinatum* (p. p. in Tilia) et *Epidochium* (Agyrium) *nigricans b.* Fr. eamdem speciem sistunt. — Sporodochia convexo-pulvinata, nigra $^1/_2$–$^3/_4$ mill. d., denique nitentia. Conidia e basidio crasso brevi obtuso 1–septato fusco orta, obclavata, 60–70 × 18, olivaceo–fuliginea, episporio crassissimo, plasmate 9–11–cuboideo–diviso.

Mycelia.

1068. **Rhizomorpha obstruens** Pers. **F. G.** 400. In cryptis thermarum, *Bagneres de Luchon,* ad aquiductus. **R.**

1069. **Rhizomorpha subcorticalis** Pers. **F. G.** 399. Sub cortice Betulæ albæ, *Toulouse.* **R.** — *β.* **Tendo** Pers. **F. G.** 500. Sub cortice variarum arborum in Vogesis. **M.**

1070. **Rhizomorpha fusca** Pers. **F. G.** 100. In officinis coriariis sub aqua (*de bassement*) in Vogesis. **M.**

1071. **Rhizomorpha Sambuci** Chev. **F. G.** 197. Circa medullam Sambuci nigræ, *Toulouse.* **R.**, qui recte quærit: «organe normal du sureau?». Confer enim cl. Oudemans, «sur une espéce spéciale de tubes existant dans le tronc du sureau et pris jûsqu' ici pour un champignon: *Rhizomorphe parallele* Rob. Amsterd. 1871» ubi res confirmatur.

1072. **Ectostroma Lauri** Fr. **F. G.** 199. In foliis Lauri nobilis in Gallia meridionali. **R.**

1073. **Ectostroma Liriodendri** Fr. **F. G.** 299. In foliis Liriodendri Tulipiferæ, *Bagneres de Luchon.* **R.**

1074. **Ectostroma Sedi** Fr. **F. G.** 198. In caulibus Sedi Anacampseris, *Mont Louis.* **R.** — Specimina prorsus dubia.

1075. **Himantia candida** Pers. In caule Rumicis dejecto. **L.**

1076. **Ozonium auricomum** Link. In lignis udis variis. **B.** (n.° 93. 94. 105). — var. **tomentosum** Kütz. **F. G.** 48. Ad terram in cellis, *Toulouse.* **R.**

1077. **Ozonium parietinum** Link. Ad parietes murales. **B.**

1078. **Rhacodium Aluta** Pers. **F. G.** 397. In ligno putri in cellis *Toulouse.* **R.**

1079. **Rhacodium papyraceum** Pers. In ligno putrido, *Toulouse.* **R.** — Videretur *Hypochni* species sed sporis caret.

1080. **Sclerotium lejodermum** Rob., West. Prod. p. 27. In caule Rumicis. **B.** (n.° 68). An status *Eurychoræ Rumicis* Karst.

1081. **Sclerotium nigricans** (Tul.) Intra calamos Caricis peniculatæ. **T.** Ad *Clavicipitem nigricantem* Tul. spectat.

1082. **Sclerotium Semen** Tode f. **sarmenti.** In ramis Rubi fruticosi. **L.**

1083. **Sclerotium quercinum** Pers. **F. G.** 99. In pag. inf. foliorum quercinorum in Vogesis. **M.**

1084. **Sclerotium minutum** Desm. **F. G.** 398. Ad scapos et capsulas Hyacinthorum, Tulipæ etc. in Vogesis. **M.**

1085. **Sclerotium roseum** Kneiff. **F. G.** 499. Intra calamos Scripi lacustris circa Argentoratum legit Kneiff. **M.**

(313) **Sclerotium durum** Pers. **F. G.** 196. In caulibus herbarum in Vogesis. **M.**, Iridum **L.**

1086. **Sclerotium endochlorum** Sacc. Sparsum, erumpenti-pulvinatum, $^1/_2$ mill. d., leve, compactum, extus atro-fuligineum, intus inæqualiter cellulosum (sub microscopio) viride. In foliis Pini sylvestris. **Mb.**

Cæcidia.

1087. **Erineum tiliaceum** Pers. **F. G.** 300. In foliis Tiliæ europeæ in Vogesis. **M.**

1088. **Erineum Vitis** Schrad. **F. G.** 200. In ejusdem foliis in Vogesis etc. **M.**

Addenda.

1089. **Entyloma Bizzozerianum** Sacc. (sub *Protom.*). In foliis Sagittariæ sagittifoliæ, *Arnas* (*Rhône*), Sept. 1873, Gandoger.

1090. **Diaporthe** (Tetrast.) **Vepris** (de Lacr.) Nke. In sarmentis Rubi fruticosi. **L.**

FUNGORUM EXTRA-EUROPÆORUM

PUGILLUS

AUCTORE P. A. SACCARDO

Mycetes nonnullos exoticos ut examini subijcerem, recens accepi. Nempe: ex *Carolina inferiore* (Amer. bor.) a H. W. Ravenel (**R.**) et ex *Sibiria* asiatica, præcipue circa *Minussinsk*, a N. Martianoff, (**M.**) cura Amici optimi Lib. Bar. de Thümen. Perpaucos insuper accepi ex America boreali a W. G. Farlow et J. B. Ellis. Addidi duos tresve mycetes in plantis exoticis Herbarii Patavini observatos. Litteræ **R. M.** præter collectores indicabunt regiones nunc memoratas, ubi fungi lecti sunt. Diagnoses sequuntur.

Hymenomicetæ.

1. Agaricus (Pleurotus) **applicatus** Batsch. v. **sarmenticius.** Pileus sæpius exacte cupularis, europæis paulo tenacior, centro affixus, griseus, subfurfuraceus, basi albo-strigosus; lamellæ fuscidulæ acie albicantes. — In sarmentis emortuis Vitis. **R.** (n.° 2090).
2. **Cyphella perexigua** Sacc. Cupulæ campanulatæ brevissime oblique stipitatæ, pusillæ, $^1/_2$–$^3/_4$ mill. long., tenui-membranaceæ, intus extusque albido-cinereæ, extus minute puberulæ; sporæ non visæ. — Affinis videtur *C. eruciformi* et *cupuliformi* sed est triplo minor. Ex cl. Cooke ejus *C. virgultorum* valde affinis est sed descriptionem nullibi videre licuit. — In ramis subdecorticatis. **R.**
3. **Solenia anomala** (Pers.) Fr. In ligno putri Betulæ albæ, *Minussinsk.* **M.**

4. **Tremella indecorata** Somm. In cortice duriore dejecto. **M.** Specimina immatura.

Hypodermeæ.

5. **Uredo Hydrocotyles** Mont. In pag. sup. foliorum Hydrocotyles bonaërensis, *Buenos-Ayres*, Jan. 1880, Spegazzini. Uredosporæ obovatæ 20 × 16, minute asperulæ, ochraceæ.

Pyrenomyceteæ.

6. **Physalospora disseminata** Sacc. Peritheciis hypophyllis dense et late gregariis, initio velatis, lenticularibus, $^1/_{10}$–$^1/_8$ mill. d., ostiolo impresso pertuso, contextu minute celluloso, fusco; ascis clavatis, breve stipitatis, apice tunica integra rotundatis, 50 × 8, paraphysibus filiformibus obvallatis, octosporis; sporidiis distichis, oblongo–cylindraceis, inæquilateralibus, 10 × 3, byalinis. — In foliis Clematidis glaucæ. **M.**
7. **Physalospora gregaria** Sacc. In cortice Fici Caricæ. **R.** (n. 2172). Perfecte ut specimina europæa. Asci clavati 90 × 15; sporidia 20–23 × 8.
8. **Rosellinia ligniaria** (Grev.) Nitschke. In ligno putri (pineo?) ob Chlorosplenium (?) viridescente. **M.** — Sporidia 15–17 × 7–3, 2-guttata, fuliginea.
9. **Rosellinia pulveracea** (Ehrh.) Fuck. In ligno quercino putri. **R.** (n.° 1670). Sporidia 9–10 × 7–8, fuliginea.
10. **Valsaria Farlowiana** Sacc. Acervulis depresso-pulvinatis, gregariis, 1–$1^1/_2$ mill. d., nigris, initio subcutaneis dein, cortice secedente, denudatis lignoque nigrificato impositis, peritheciis numerosis, globulosis, ostiolis in discum circularem umbilicatum desinentibus; ascis cylindraceis (evanidis), octosporis; sporidiis oblique monostichis oblongo–ellipsoideis, utrinque rotundatis, 15–18 × 7–8, 1-septatis leniter constrictis, granulosis, fuligineis. — In ramis Berberidis vulgaris *Cambridge* (*Mass.*). **F.** — Ab affinibus *V. insitiva* C. DNtrs. et *V. cincta* (B. & Br.) Sacc. differt præ-

cipue disco umbilicato, numquam virescente, stromatibus carbonaceis potius quam coriaceis etc.

11. **Myrmæcium endoleucum** Sacc. Acervulis gregariis pulvinatis, subsuperficialibus, depresso-pulvinatis, $^1/_4$–$^3/_4$ mill. d., extus nigerrimis, nucleis vero stromateque albis, peritheciis in stromate leviter infossis, globulosis, obtusis, tuberculoso–prominulis, contextu parenchymatico fuligineo; ascis cylindricis brevissime stipitatis apice rotundatis, 90 × 5–6, paraphysibus grumoso–deliquescentibus cinctis, octosporis; sporidiis monostichis, ovoideo-oblongis, 10–13 × 5–6, (spurie?) 1–septatis, 2–nucleatis, haud constrictis, hyalinis. — In ramis corticatis, *Texas, Corpus Christi.* **R.** — Habitus fere *Botryosphœriæ,* sed characteres potius *Valsariæ,* a qua præcipue sporidiis hyalinis differt. Nomen *Myrmæcium* Tul., jam *Valsariæ* synonymon, charactere reformato, ad species *Valsariæ* limitetur, quæ, ut præsens, sporidiis hyalinis stromateque botryoideo utuntur.

12. **Amphisphæria Papilla** (Schw.) Sacc. In cortice arborum. **F.** Asci cylindracei crassi, paraphysati, octospori; sporidia oblique monosticha, ovoideo–biconica, 40 × 18–20, leniter constricta, 2–nucleata, hyalina, jodii ope (æque ac asci) flavescentia. Ab *A. Petrucciana* (Cald.) et *A. applanata* sporidiis multo majoribus differt; habitu vero satis convenit.

13. **Zignoella macrasca** Sacc. Peritheciis sparsis ligno, semiimmersis, $^1/_2$ mill. d., globoso–conicis, carbonaceis, nigris, ostioli papilla demum decedente, pertusis, contextu parenchymatico, denso, fuligineo; ascis cylindricis prælongis, 200 × 10, breve stipitatis, apice tunica integra rotundatis, paraphysibus brevibus (genuinis?) obvallatis, octosporis; sporidiis oblique monostichis, fusoideis, leniter curvis, 30 × 6, 3–septatis, non constrictis, hyalinis, 4–nucleatis. In ligno corrupto. **R.** (n.° 626). — Observante clar. Cookeo in litt. species hæc ob sporidia accedit ad *Sph. picastram* Schw. (in Herb. Berk.) nec non ad *Sph. rhizophilam* Berk., sed vera *Sph. picastra* Fr.! sec Curr. *Simpl. Sphær.* est *Hender-*

sonia (an potius *Steganosporium?)* et *Sph. rhizophila* B. & C. est *Lophiostoma,* cujus sporidia demum fusca evadunt.

14. **Zignoella nitidula** Sacc. Peritheciis gregariis superficialibus hemisphæricis, atronitidulis, $^1/_5$ mill. d., ostiolo punctiformi; ascis cylindraceo-obclavatis, brevissime stipitatis, apice tunica integra obtusiusculis, paraphysibus filiformibus obvallatis, octosporis; sporidiis distichis, fusoideis, leniter curvis, medio constrictis, 25 ≈ 4, utrinque obtusiusculis, 4-6-guttulatis, hyalinis. — In cortice levi Betulæ albæ, *Minussinsk.* **M.** Inter *Z. Campi Silii* et *Z. fallacem* Sacc. fere media, sed ab utraque distinguenda.

15. **Melanomma pulvis pyrius** (Pers.) Fuck. In trunco salicino, *Minussinsk.* **M.** — Asci 80-90 × 10; sporidia 18 ≈ 5, 3-septata, olivaceo-fusca.

16. **Pleospora Thümeniana** Sacc. Peritheciis gregariis, mesophyllo immersis, epidermideque initio velatis, globuloso-depressis, breve papillatis, $^1/_4$ mill. d., solidiusculis, ascis cylindraceis, breve stipitatis, apice rotundatis, 90-100 ≈ 15, paraphysatis, octosporis; sporidiis distichis, oblongo—biconicis, 18-20 × 7-8, 3-septatis medio constrictis, septo uno alterove longitudinali, cribrose guttulatis, olivaceis. — In foliis emortuis Yuccæ aloifoliæ. **R.** (n.° 136). Observante cl. Cooke *Sphæria Yuccæ* Schw. prorsus aliena est.

17. **Pleospora chlamydospora** Sacc. Peritheciis sparsis, globoso-depressis, obtuse papillatis, $^1/_3$ mill. d., atronitidulis, initio epidermide velatis, dein emergentibus, contextu grosse parenchymatico, rufo-fuligineo; ascis crasse cylindricis, 150 × 30, subsessilibus, apice tunica crassa integra rotundatis, parcissime paraphysatis, octosporis; sporidiis monostichis v. partim distichis, oblongo-ellipsoideis, utrinque rotundatis, 35 × 18-19. 7-septatis, leniter constrictis, septis longitudinalibus sub-triseriatis, rufo-fuscis, strato hyalino crasso initio vestitis. — In caule Astragali Johannis et A. piptocephali ad nives, in Persia australi et Shina ubi legit Haussknecht (Herb. Pat.).

18. **Pleonectria Berolinensis** Sacc. *Nectria Ribis* (Klotzsch) Niessl., nec Tode, nec Rabh. In ramis Ribis. F.

19. **Nectria Russellii** B. & C. In cortice Magnoliæ? F. — A typo nonnihil differre videtur sporidiis sæpius brevioribus et peritheciis denique exquisitius cupulatis. Asci 60–65 × 6½–7; sporidia bilocularia, loculo infero paulo angustiore, 10–11 × 5–6, leniter constricta, hyalina.

20. **Hysterium eumorphum** Sacc. Peritheciis laxe gregariis, superficialibus, imo haud tota basi adnatis, regulariter navicularibus, rectis, utrinque acutiusculis, 1½ × ½ mill., nigricantibus, rima lanceolata dehiscentibus, discumque rufum ostendentibus, labiis levibus obtusis; ascis cylindricis, brevissime stipitatis, 150–160 × 15, apice rotundatis, paraphysibus filiformibus apice fuscescente coalescentibus obvallatis, 8–sporis; sporidiis oblique monostichis, fusoideo–oblongis, utrinque obtusiusculis, sæpius curvulis, 30–38 × 11–14, crasse 3–septatis, non constrictis, guttulatis, fuligineis, dein opacis. — In corticibus. R. — Observante cl. Cooke convenit cum exempl. n.° 329 *Hysterii biformis* Fr. Scler. Suec., nec Duby; sed longe abhorret a descriptione ipsius Friesii (ob perithecia regularia, recta, disco rufo, defectu sphærularum etc.), quæ descriptio quadrat cum diversa specie jam rite cognita.

Discomyceteæ.

21. **Trichopeziza punctiformis** Fuck. *nivea. In foliis aridis Quercus Catesbæi. R. (n.° 2047). Pili ascomatis bacillares, septulati, 40 × 3, dilute fuscelli. Asci 35 × 5–6, octospori; sporidia cylindraceo–clavulata, recta, 5–6 × 1, hyalina.

22. **Tapesia mollisioides** (Schw. sub *Peziza*). In ramis decorticatis. R. (n.° 2051). Ascomata perexigua, ⅛–⅐ mill. d., plano–scutellata levia, sessilia, fuliginea, disco pallidiore, excipulo parenchymatico fusco, cellulis marginalibus longioribus dilutioribus; ascis clavatis 50–55 × 10, breve stipitatis apice rotundatis, paraphysi-

bus filiformibus obvallatis, octosporis; sporidiis oblongis v. subfusoideis, 8-9 ≈ 3, leniter curvis quandoque plasmate bipartito, hyalinis. Subiculum atro-fuligineum *Helminthosporium humile* sistens: hyphis filiformibus apice obtusis septulatis, fuligineis; conidiis tereti-obloagis, 15–22 ≈ 6, 3-septatis, apice rotundatis, fuligineis, acrogenis.

23. **Peziza** (Humaria) **fusispora** Berk. var. **permunda** Cooke. Myc. fig. 353. Ad terram sabulosam. R. — Asci cylindrici 150 ≈ 12, paraphysibus filiformibus obvallati, octospori. Sporidia monosticha, breve fusoidea utrinque obtuse attenuata, 27–29 ≈ 7–8, sæpe inæquilateralia, episporio crassiusculo, sæpe 2-guttata, hyalina. Ascomata viderentur, dum viva, rubella.

24. **Lecanidion fusco-atrum** Rehm Ascom. 464. In ramis corticatis. R. (n.° 1678). Ascomata superficialia, applanata, margine brevissime extante, subcoriacea, ambitu circulari-subflexuoso, diam. $^1/_2$–$^3/_4$ mill., nigricantia, disco rufescente-fusco; asci cylindracei, 120 ≈ 10, brevissime stipitati, paraphysibus filiformibus obvallati, octospori; sporidia fusoidea, 18 ≈ 5, utrinque acutiuscula, plasmate 4-partito, hyalina. — Congruunt cum exemplaribus Ellisianis e *Newfield* editis a cl. Rehm. l. c.

25. **Xylographa linearis** (C. & E. sub *Stictide*). In ramis decorticatis induratis, *Newfield* Ellis. — Ascomata anguste lanceolata, vix erumpentia, atra. Asci cylindracei brevissime stipitati, 45 ≈ 8, apice rotundati, paraphysibus bacillaribus, quandoque ramulosis obvallati, octospori; sporidia disticha, tereti-oblongata, curvula, obtusiuscula, 15–16 ≈ 3, plerumque 2-guttata, hyalina.

26. **Megalospora sanguinaria** (L.) Körb. In ligno indurato Pini Ledebourii. M. — Ascomata pulvinata, ambitu inæqualia, coriacea, nigra, hypothecio sanguineo-crocato. Asci clavati 150 ≈ 28, paraphysibus apice conglutinatis intenseque olivaceis obvallati, monospori; sporidia maxima oblongo-ellipsoidea, 70 ≈ 25–30, nubilosa, hyalina, episporio crassiusculo nec non

strato hyalino instructa. Potius sane lichen: etiam odor lichenosus adest.

Myxomyceteæ.

27. **Enerthenema papillata** (Pers.) Cooke. In ligno putri Pini prope *Minussinsk*. **M.**
28. **Didymium microcarpum** (Fr.) Rost. In fragmentis ligneis, surculis &c. **R.** Peridia globosa, infra umbilicata, albo–cinerea; stipes subochraceus: columella brevis subrotunda; flocci furcati fusci, sat copiosi; sporæ globulosæ, 6–8 micr. d., leves, fuligineæ.
29. **Trichia varia** Pers. In ligno Betulæ albæ putrido *Minussinsk*. **M.**
30. **Stemonitis fusca** Roth. In trunco Betulæ albæ *Minussinsk*. **M.**

Sphæropsideæ.

31. **Ceuthospora foliicola** Cooke v. **Kalmiæ** (in Grevillea). In pag. inf. foliis Kalmiæ latifoliæ. **R.** Stromata pulvinato–conica, intus paucilocellata, $^1/_2$–$^3/_4$ mill. d. Spermatia cylindroidea, 10–12 = $1^1/_2$–$1^3/_4$, basidiis teretibus, 5–6 lg. subcurvis suffulta.
32. **Coniothyrium concentricum** (Desm.) ***C. inops** Sacc. *Phoma concentrica* Rav. & Cke F. A. n.° 243. In foliis Yuccæ filamentosæ. **R.** (n.° 3028). — A *C. concentrico* typico differt peritheciis minus evolutis ($^1/_4$ mill. d., globoso–conicis, immersis) et spermatiis (diam. 3–$3^1/_2$ micr.) globosis, minoribus (olivaceo–fuligineis, 1–guttulatis). Ob perithecia imperfecta forte huc pertinet *Papularia concentrica* Kx. Flandr. II. 90, nec *C. concentricum* Auct. — *C. herbarum* C. & Ell. Grev. VI. p. 1. affine est, sed distingui potest.
33. **Hendersonia sibirica** Sacc. Peritheciis e basi infossa subsuperficialibus, laxe gregariis, globoso-depressis, obtusiuscule papillatis, nigris, nitidulis $^1/_4$ mill. d., contextu minute sed distincte parenchymatico, fuligineo; stylosporis oblongo–cylindraceis, utrinque rotundatis, 28–30 = 9–10, rectis curvulisve, 3–septatis non con-

strictis, 4-guttatis, hyalinis, basidiis filiformibus triplo brevioribus suffultis. In ramis induratis decorticatis. **M.**

34. **Camarosporium Penzigi** Sacc. Peritheciis gregariis, subcutaneis, prominulis, e globoso obtuse conoideis, $^1/_8$–$^1/_6$ mill. d., stylosporis ovoideis v. suboblongis, inæqualibus, 14–16 × 8–10, inæqualiter-2-3-septato-muriformibus, ad septa vix constrictis, fuligineis. — In scapis Statices Schrenkianæ F. & M. ex Sangoria (*Herb. Patav.*). — *H.* (Cam.) *Susegaensi* S. & S. affine.

35. **Diplodia herbarum** Lév. f. **Gossypii**. In caulibus corticatis Gossypii. **R.** (n.° 2256). — Stylosporæ 22 × 12, fuligineæ.

36. **Diplodia** (Botryodiplodia) **Ravenelii** Sacc. Peritheciis botryose aggregatis, stromate pulvinato suffultis, globuloso-depressis, nigris, intus initio albis, $^1/_6$ mill. d.; stylosporis ellipsoideis, diu continuis, 30 × 17, dein 2-locularibus, leniter constrictis, fuligineis, 25 × 16, basidiis filiformibus subæquilongis suffultis. — In cortice sarmentorum. **R.** (n. 1680).

37. **Septoria ophioides** Sacc. Peritheciis sparsis innato-erumpentibus, globoso-depressis, v. horizontaliter ovoideis, nigris, $^1/_4$–$^1/_3$ mill. d., contextu subparenchymatico ochraceo-fusco, ostiolis obtusis; spermatiis bacillaribus rectiusculis, 75–105 × 2, dense fasciculatis, utrinque obtusis, pluriguttulatis, denique creberrime minute septulatis, hyalinis. — In culmis vaginisque graminum minorum cum Astragalis in Persia australi (*Herb. Patav.*).

38. **Septoria desciscens** Sacc. Peritheciis hypophyllis, dense gregariis epidermide nigrificata velatis, sed prominulis, globoso-depressis, $^1/_8$ mill. d. nigris, ostiolo impresso, contextu distincte parenchymatico fuligineo; spermatiis bacillaribus, curvulis, utrinque rotundatis 48-60 × 4–5, plasmate 2–4-partito, hyalinis, basidiis teretibus sed irregulariter hinc inde inflatis dimidio brevioribus suffultis. — In foliis Seseli stricti in salsis prope Lacum *Tagarskoje* Sibiriæ. **M.** — Præsertim basidiis abnormibus distincta.

39. **Septoria Jenissensis** Sacc. Maculis nullis v. obsoletis; peritheciis amphigenis laxe gregariis, punctiformibus, lenticularibus, $^1/_{10}$–$^1/_8$ mill. d., contextu minute parenchymatico, fusco; spermatiis bacillaribus rectiusculis v. curvis, utrinque rotundatis, 30–40 × 3, 1-septatis, hyalinis, basidiis (ut plerumque more generis) nullis. In foliis languidis Clematidis glaucæ ad ripas fl. *Jenissei*. M.

40. **Septoria** (Phlyctæna) **arcuata** Berk., Cooke (Grevill. II. 100) ***Gossypii**. In caulibus Gossypii. R. — Perithecia globosa depressa, $^1/_3$ mill. d. subtecta, contextu parenchymatico pallide fusco; nucleo griseo; spermatiis filiformibus, sursum uncinatis 25–30 × 1–$1^1/_4$, hyalinis, basidiis bacillaribus brevioribus suffultis. *Septoriæ phomatellæ* Sacc. proxima.

41. **Phyllosticta osteospora** Sacc. Mich. I. 531. In foliis Fraxini. R. Maculæ rufescentes variæ; spermatia 6–7 × 1.

42. **Phyllosticta Dioscoreæ** Cooke Grev. VIII. 136. In foliis Dioscoreæ. R. (n.° 2004). Maculæ intense ochraceæ. Perithecia lenticularia, pertusa, 100 micr. d. Spermatia ovoidea, 7 × 5-6, granulosa, hyalina.

43. **Ascochyta carthagenensis** Sacc. Maculis cladogenis vagis, albescentibus; peritheciis gregariis, lenticularibus, initio velatis, $^1/_{10}$ mill. d., pertusis; spermatiis oblongis, utrinque obtusiusculis, 7–9 × 3–$3^1/_2$, constrincto-1-septatis, chlorinis. — In ramulis Manioth carthagenensis. R. (n.° 2266).

44. **Ascochyta Jenissensis** Sacc. Maculis epiphyllis subcircularibus, expallentibos, fusco-marginatis; peritheciis epiphyllis, lenticularibus, pertusis, $^1/_{10}$ mill. d., contextu parenchymatico, pallide fusco; spermatiis oblongis, utrinque rotundatis, curvulis, 1-septatis, vix constrictis, hyalinis. — In foliis Menispermi dahurici in lapidosis ad flumen *Jenissei*. M.

45. **Phoma** (Diap.) **Gossypii** Sacc. Peritheciis epidermide velatis, erumpentibusque, globoso-depressis, intus griseis; spermatiis breve fusoideis, 8 × 2, 2-guttulatis, hyalinis, basidiis prælongis, bacillaribus, 30 × $1^1/_2$, basi

crassioribus suffultis. — In caule Gossypii, socia *Septoria arcuata*. **R.**

46. **Phoma** (Diap.) **Cassiæ** Sacc. Peritheciis gregariis epidermide albicante velatis, globoso–depressis, 110 micr. d., pertusis; spermatiis breve fusoideis, 6–8 × $1^3/_4$–2, 2-guttulatis, hyalinis, basidiis teretiusculis æquilongis suffultis. — In ramis Cassiæ occidentalis. **R.**

47. **Phoma glæosporioides** Sacc. Peritheciis in partibus foliorum exsiccatis sparsis, hemisphæricis, 110 micr. d., late pertusis, contextu laxe tenui–parenchymatico fuligineo; spermatiis breve fusoideis, inæquilateralibus utrinque obtusiusculis, granulosis, hyalinis, 25 × 7, basidiis teretibus dimidio brevioribus suffultis. — In pag. sup. foliorum coriaceorum Viburni. **R.**

48. **Phoma Ilicis** Desm. In foliis Ilicis opacæ, socia *Discosia deflectente*. **R.** Spermatia cylindracea, 18 × $2^1/_2$, hyalina.

49. **Dothiorella botrya** Sacc. Peritheciis hinc inde aggregatis, subcutaneo–erumpentibus, globulosis vix papillatis, nigris, 110–120 micr. d., intus albis; spermatiis fusoideo–oblongis, utrinque obtusiusculis, 28–32 × 6–7, varie guttulatis hyalinis, basidiis filiformibus dimidio brevioribus suffultis, nec non paraphysibus (?) filiformibus longioribus obvallatis. — In ramis corticatis Manioth carthagenensis. **R.** (n.^{e} 2265).

50. **Dothiorella botryosphærioides** Sacc. Peritheciis hinc inde dense aggregatis, globulosis, obtusis, 100 micr. d., subcutaneo–erumpentibus, atris, intus pallidis, contextu luteo–fuligineo, parenchymatico; spermatiis ovoideo–oblongis, 8 × 3, minute 2-guttulatis, hyalinis basidiis brevissimis suffultis. — In caule Gossypii. **R.** (n. 2256 p.p.).

51. **Discosia deflectens** Sacc. Peritheciis (spuriis?) in maculis foliorum epiphyllis dealbatis gregariis, epidermide velatis, scutatis, nigris, 130 micr. d., late pertusis; spermatiis fusoideis, curvulis, 15–18 × $2^1/_2$, 1–3–septatis, hyalino–chlorinis, infra apices setulas obliquas gerentibus. In foliis Ilicis opacæ. **R.** — A

Disc. minima B. & C., Ilicis quoque incola, differt peritheciis pro genere mediocribus, nec minimis, spermatiis longioribus, septulatis etc.

52. **Vermicularia Dematium** (Pers.) Fr. In caulibus herbarum. **R.**

Melanconieæ.

53. **Melanconium sphærospermum** (Pers.) Link. In culmo Arundinariæ giganteæ. **R.** (n. 2235). Acervuli compacti oblongo–compressi, epidermide tumidula vix fissa tecti; conidia globoso-depressa, 8–9 micr. diam., 6–7 micr. cr., farcta, fuliginea. — *Gymnosporium inquinans* Berk. Grev. VII. 45 huc forte spectat. A typo *Coniosporii* v. *Papulariæ* conidiis conglutinatis tectisque differt, a *Melanconiis* veris autem nisi basidiis minus evolutis non differt.

54. **Glœosporium lineolatum** Sacc. Acervulis parallele digestis, sublirelliformibus, erumpentibus, $^1/_2$ mill. lg. $^1/_8$ mill. cr., nigris; conidiis cylindraceo–falcatis, utrinque obtusiusculis, 25 × $3^1/_2$–4, hyalinis, basidiis brevibus, bacillaribus e basi proligera fuliginea oriundis suffultis. — In foliis Xerotis longifoliæ ex *Nova Hollandia* (Herb. Horti Patav.).

55. **Glœosporium? succineum** Sacc. Acervulis hypophyllis, gregariis initio epidermide velatis, mox erumpenti–superficialibus, tremelloideis, pulvinatis, succineis; basidiis dense fasciculatis oblongis crasse cylindraceis, 40–45 × 12–14, 2–3–septatis, apice eximie obtusiuscule papillatis, conidiis sphæricis, 15–20 micr. d. flavo–aureis. In pag. inf. Rhododendri chrysanthemi. **M.** — Num conidia sint bene evoluta v. meræ plasmatis guttulæ dijudicare nequeo; ergo de genere quoque dubium restat.

Hyphomyceteæ.

56. **Exosporium melampsoroides** Sacc. Acervulis sparsis, subsuperficialibus, pulvinatis, margine lobulatis, $^1/_2$–1 mill. d., rufo–nigricantibus, compactiusculis; conidiis obpyriformi–clavatis, 50–60 × 18, 1–septatis non

constrictis melleis, basidiis dense fasciculatis teretibus, brevioribus concoloribus suffultis. In cortice Cratægi. **R.** (n. 474). — Ab *Ex. Tiliæ* &c. optime distinctum.

57. **Ellisiella caudata** (Peck.) Sacc. Gen. fung. inf. p. 26. *Colletotrichum caudatum* Peck. In foliis Sorghi nutantis, *Newfield,* Ellis. — Cespituli erumpentes, oblongi v. sublineares, aterrimi, minuti, $^1/_4$–$^1/_3$ mill. lg. $^1/_8$ mill. cr. Hyphæ steriles erectæ, cuspidatæ, rigidulæ, eseptatæ, 100–180 × 7, fuligineo-opacæ, basi bulbillosæ; basidia ad basim hypharum subpyriformia, apice obtusiuscula, 2–3-spora, 15–20 × 6, dilutissime olivacea; conidia fusoidea, curvula, 28 × 5–6, nubiloso-guttulata, hyalina, deorsum (an quandoque apice?) in setulam filiformem, 25–30 × 1, desinentia. — Hoc genus, præclaro mycologo J. B. Ellis, Mycothecæ boreali–americanæ vere eximiæ editori dicatum, differt a *Colletotricho microsporo* Corda tota fabrica, a *Coll. Lineola* Corda præceteris conidiis longe curvato-rostratis; a *Vermiculariæ* et *Dinemasporii* generibus recedit conceptaculi defectu, conidiis monochætis &c.

58. **Zygodesmus fulvus** Sacc. In trunco putri Betulæ albæ, *Minussinsk.* **M.** Cespituli aureo–fulvi varie effusi: hyphæ intricato-ramosæ, 6 micr. d., subrepentes, hinc inde uno latere subinflatæ ibiquæ incomplete septatæ, subfuligineæ; conidia globosa pleurogena (ut videtur), 8 micr. d., flavo-fuscidula, eximie hyalino-echinulata.

59. **Glenospora Curtisii** Berk. In cortice Magnoliæ. **R.** Effusa subcrustacea, aterrima. Hyphæ fertiles assurgentes furcatæ v. varie breve ramulosæ, parce septatæ, fuscæ. Conidia perfecte sphærica, 10–12 micr. d., in ramulis subsolitarie acrogena, guttulata, fuligineo–olivacea.

60. **Helminthosporium Arbuscula** B. & C. Grev. III. 103. ***trichellum.** In cortice Magnoliæ glaucæ. **R.** (n.° 1671). Cæspituli Vermiculariæformes; hyphæ cylindraceæ, septulatæ, fuligineæ; conidia acrogena clavata, 50–60 × 15, 3–4-septata, non constricta, fu-

liginea. A typo præcipue differt hyphis septatis, conidiis clavatis 3–4–septatis.

61. **Macrosporium commune** Rabh. In caule Cassiæ occidentalis. **R.** (n. 2229, 2230, 2232).

62. **Cladosporium Pæoniæ** Pass. in Just. Jahr. 1876 p. 235. In foliis languidis Pæoniæ anomalæ in sylvis subalpinis. **M.** — Hyphæ simplices v. parce ramulosæ, septulatæ, fuligineæ, breves; conidia cylindraceo–fusoidea, denique 3–septata, 15–22 × 6, olivaceo–fuliginea.

63. **Hormodendrum cladosporioides** (Fres.) Sacc. *Penicillium cladosporiodes* Fres. Beitr. t. III. f. 23–28. In caule Pæoniæ anomalæ putri in sylvis subalpinis. **M.** — Hyphæ simplices, v. apice parcissime ramulosæ, 200 × 8, sursum angustiores, olivaceæ, septulatæ, deorsum subdenticulatæ; conidia sublimoniiformia, $4^1/_2$–5 × 3, continua, v. rarius 2–septata, olivacea.

64. **Botrytis fulva** Link. In ligno putri Betulæ albæ. **M.**

65. **Pyricularia grisea** (Cooke) Sacc. Gen. fung. inf. 111.* In foliis graminum minorum, *Newfield,* Ellis. — Maculæ foliorum expallentes, rufocinctæ. Hyphæ laxe fasciculatæ, septulatæ, sursum attenuatæ, griseæ; conidia acrogena, pyriformia, basi apiculata, 3–septata, non constricta, 18 × 9, grisea.

66. **Rhinotrichum macrosporum** Farlow, ined. in litt. Effusum v. pulvinatum, bombycinum, sordide album; hyphæ repentes, vage ramosæ, septulatæ, hyalinæ, fertiles assurgentes filiformes, 250–350 × 7, remote septatæ, apicem versus denticulos sat protuberantes acutiusculos exerentes; conidia e denticulis oriunda, obovoidea, basi brevissime apiculata, 30–35 × 16, nubilosa e hyalino dilute ochracea. — In fragmentis ligneis putridis, *Cambridge* (*Mass.*), Farlow. — A *R. repente* conidiis duplo majoribus et hyphis proportione multo tenuioribus statim dignoscitur.

67. **Cercospora Diodiæ** Cooke Grev. 1878 p. 34. In pag. inf. folior. Diodiæ. **R.** (n.° 2142). — Cæspituli effusi olivaceo–fusci. Hyphæ fasciculatæ septu-

lato–guttulatæ, 60–80 micr. lg. obscure fuligineæ; conidia bacillari–obclavata, 60 × 4, 4–5–septata, dilutissime fuliginea.

68. **Cercospora sordida** Sacc. Cæspitulis hypophyllis, effusis, sordide olivaceis; hyphis laxe fasciculatis subseptatis brevibus rufescentibus; conidiis acrogenis, aciculari–obclavatis, 80–110 × 4, apice acutis, 4–6–septatis, olivaceis. — In pag. inf. foliorum Tecomæ radicantis in Georgia. **R.** (n.° 2179).

69. **Cercospora cruenta** Sacc. Cæspitulis punctiformibus, in maculis cruentatis vagis; hyphis laxe fasciculatis simplicibus furcatisve, sursum subdenticulatis dilute olivaceis; conidiis aciculari–obclavatis, curvulis, 60–80 × 4, sursum acutioribns, 6–7–septatis e hyalino olivascentibus. — In pag. inf. et sup. foliorum Phaseoli v. Dolichi. **R.** (n.° 2156). Præcipue maculis rubris mox dignoscenda species.

70. **Cercospora fusco-virens** Sacc. Cæspitulis hypophyllis, effusis, demum totam fere paginam occupantibus, fusco–virentibus; hyphis fasciculato–intricatis ramosis, 80–120 × 4, flexuosis, denticulatisque, septulato–guttulatis, olivaceo–melleis; conidiis elongatis v. fusoideis, curvulis, 30–40 × 5–6, maturis 3–4–septatis, utrinque obtusiusculis, pallide olivaceis. — In pag. inf. foliorum Passifloræ luteæ. **R.** (n.° 2212).

71. **Coniosporium epiphyllum** Sacc. Acervulis minutis, atris, epiphyllis, punctiformibus v. confluentibus, vix pulveraceis; conidiis globulosis, 8–10 micr. d. fuligineis. In pag. sup. foliorum Batatæ edulis. **R.** (n.° 2159).

FUNGI DALMATICI PAUCI

EX HERB. ILLUSTR. R. DE VISIANI

ADDITO UNO ALTEROVE MYCETE EX ANGLIA ET PANNONIA

AUCTORE

P. A. SACCARDO

Obs. Ubi regio non indicatur, *Dalmatia* intelligatur.

Hymenomyceteæ.

1. Agaricus (Lepiota) procerus Scop. In arvis.
2. Agaricus (Pholiota) præcox Pers. In arvis.
3. Marasmius androsaceus (L.) Fr. var. hygrometricus Brig. In foliis dejectis Oleæ europeæ.

Gasteromyceteæ.

4. Tulasnodea mammosa Fr. In arenosis.

Hypodermeæ.

5. Polycystis pompholygodes (Schlecht.) Lév. In foliis Hellebori viridis.
6. Melampsora Lini (DC.) Tul. f. Lini nodiflori. Ad littora. — Teleutosporæ clavatæ apice truncatæ, dense fasciculatæ, 50–60 = 15–8, e fronte favum cellulosum æmulantes, obscure cinnamomeæ. Uredosporæ (*Uredo Lini* DC., *Podocystis* Fr., *Lecythea* Lév.) biformes, ovoideo—caudatæ et subglobosæ, lutescentes.
7. Uromyces Polygoni avicularis (A. & S.) Fuck. In ejusdem foliis,
8. Pileolaria Terebinthi (DC.) Cast. In foliis Pistaciæ, legit Neumayer.

9. **Podisoma clavariiforme** (Jacq.) Sacc. (Cfr. retro p. 48). In ramis Juniperi communis. — Teleutosporæ biconicæ, 1-septatæ, 50–60 = 25, aureo-fulvæ, stipite subtriplo longiore filiformi, 5 micr. cr., hyalino suffultæ.
10. **Puccinia Smyrnii** Biv. Bern. In foliis Smyrnii Olusatri. — Teleutosporæ didymæ, 40–45 = 25, grosse tuberculatæ, breve stipitatæ, ochraceo-fuligineæ.
11. **Puccinia Galiorum** Link. In foliis Galii veri.
12. **Puccinia Allii** Rud. In vaginis foliorum Alliorum spontaneorum.
13. **Puccinia striiformis** West. *P. Straminis* Fuck. In foliis Laguri ovati. — Teleutosporæ brevissime stipitatæ, clavato-truncatæ, cinnamomeæ, 50 = 22–24, tunica apice incrassata, fuligineæ, paraphysibus paliformibus fasciculatis cinnamomeis cinctæ.
14. **Phragmidium asperum** Wallr. In foliis Rubi fruticosi. — Hic observare liceat *Phr. microsorum* meum nuper misisse quoque ex *Helvetia* (in fol. Rubi cæsii) cl. G. Winter.
15. **Æcidium Galii** Pers. In foliis Galii veri.
16. **Æcidium Clematidis** DC. f. **Flammulæ**. Ad littora.
17. **Æcidium Cichoracearum** DC. f. **Galasiæ villosæ**, quæ frequens in tota Dalmatia.
18. **Æcidium Rhamni alpini?** Link. In ejusdem foliis.
19. **Æcidium Thalictri** Grev. In foliis Thalictri flavi.
20. **Æcidium crassum** Pers. In foliis Rhamni Frangulæ.
21. **Ceratitium laceratum** (Sow.) Rabh. In foliis Cratægi monogynæ.
22. **Æcidiolum colliculosum** (Berk.) Sacc. f. **Pyri Mali**. — f. **Pyri communis**. — f. **Cydoniæ**. In earumdem foliis.

Phycomyceteæ.

23. **Cystopus cubicus** (Str.) De Bary. f. **Tragopogonis majoris**. — f. **Trichocrepidis bifidæ**:

conidia et oogonia: oosporæ perfecte globosæ, 50 micr. d., subtilissime reticulatæ, obscure cinnamomeæ.

24. **Cystopus Capparidis** (Rabh.) de Bary. In foliis Capparidis spinosæ.

Pyrenomyceteæ.

25. **Phyllactinia suffulta** (Reb.) Sacc. In foliis Coryli Avellanæ.

26. **Poronia punctata** (L.) Fr. *Lecidea bovina* Vis. Spec. Dalm. pag. 21. tab. II. f. 2. In fimo vaccino putrescente, *Sebenico*, 1830.

27. **Sordaria fimicola** (Rob.) Ces. DNtrs. In fimo vaccino.

28. **Sporormia minima** Auersw. In fimo vaccino.

29. **Pleospora herbarum** (Pers.) Rabh. In caulibus variis.

30. **Melanomma** (Trematosphæria) **pertusum** (Pers.) Sacc. ***anglicum.** In ligno putri Fraxini, *King's Lynn*, Plowright. A typo aliquid differt sporidiis paulo longioribus, angustioribus et saturatioribus, peritheciis ligno profundius (an semper?) insculptis. Asci clavati, p. s. 110–130 × 15, paraphysibus filiformibus obvallati; sporidia octona fusoidea, curvula, utrinque obtusiuscula, 30–38 × 8, denique 3–septata, ad septa vix constricta, 2–4–guttulata, fuliginea. In forma typica asci p. s. 110–120 × 15; sporidia 28 × 9–10, brevius fusoideo–biconica, 4–guttata, luteo–fusca, denique 1–3–septata. Icon Curreyi *Simpl. Sphær.* verisimiliter speciem alienam designat.

31. **Nectria fibricola** Plowr. in litt. In chorda putri *King's Lynn*. Plowright. Perithecia sparsa, altiuscule globoso–conoidea, sordide flavo–rubra, 200 micr. crassa, 400 micr. alta, ostiolo obtuse conico, contextu tenui parenchymatico. Asci clavulati, 90 × 20–25, octospori. Sporidia disticha oblonga, 20 × 8–8½, 1–septata, leniter constricta, utrinque obtusiuscula, 4–guttulata, hyalina (abnormiter 3–septata).

Discomyceteæ.

32. **Ascomyces alutaceus** Thüm. in litt. Hypophyllus late et vage effusus, compactiusculus, planissimus, ex argillaceo alutaceus, in pagina superiore plagulas concolores conformesque efformans; ascis dense stipatis cylindraceis, apice subtruncatis, basi breve apiculatis, 35–40 × 20 tenui—tunicatis, polysporis; sporidiis globoso—ovoideis, $2^1/_2$–3 = 2–$2^1/_2$, hyalinis. — In foliis vivis Quercus Roboris ad *Kalksberg* prope *Vindobonam,* Sept. 1879, Thümen.

Fungi inferiores.

33. **Phoma Oleæ** (DC.) Sacc. In foliis Oleæ europeæ.
34. **Glœosporium nobile** Sacc. Maculis amphigenis circularibus argillaceis, atro—marginatis, 4–5 mill. d., acervulis immersis disciformibus, $^1/_4$ mill. d., laxe gregariis, subochraceis, tandem, epidermide operculatim disrupta, detectis; conidiis fusoideis, leniter curvis, 20–25 = 6–7, deorsum acutioribus, pluriguttulalis hyalinis, basidiis bacillaribus simplicibus, furcatisve 45–50 = $2^1/_2$, quandoque subseptulatis suffultis. — In foliis Lauri nobilis, *Vindobonæ,* Sept. 1879, Thümen.
35. **Gyroceras Celtis** (Biv. Bern.) Mont. & Ces. In foliis Celtidis australis.
36. **Arthrinium caricicola** K. & S. In foliis emortuis Caricis ex montibus Helvetiæ. — Cæspituli aterrimi pulvinati. Hyphæ fertiles assurgentes, bacillares, 50 = 4, apice obtusæ, crebre crasseque nigro–septatæ, hyalinæ; conidia fusoidea 50 = 8, utrinque obtusiuscula, fuliginea, verticillato—pleuro—acrogena.

Ex Dalmatia insuper adsunt Cæcidia aliquot, e. g.: *Erineum acerinum* Pers., *E. Pseudoplatani* Kunze, *E. ilicinum* DC. aliaque.

FUNGI VENETI novi vel critici v. Mycologiæ Venetæ addendi, auctore P. A. Saccardo.

SER. XI.

Hymenomyceteæ.

1. **Polyporus** (Resupinatus****) **micans** Fr. Hym. Eur. p. 573. In ligno quercino putri in *s. Montello,* Sept. 1879. — Suborbicularis, adnatus, minutus, dilute roseus, ambitu flocculoso, poris minutis distantibus.
2. **Hydnum** (Merisma*) **aciculare** Sacc. *H. coralloides* Sacc. M. V. Spec. p. 58, nec Auct. Dendroideum, sursum repetito ramosum, 5–6 cent. altum, sordide album trunco nudiusculo v. partim echinato 1 cent. crasso, carnoso–tenaci intus concolori, farcto; aculeis ubique crebre inspersis, anguste acicularibus, 3–4 mill. lg., $^1/_4$–$^1/_3$ mill. basi crassis; sporis globulosis 2–3 micr. d., 1–guttulatis, hyalinis. — In trunculis putridis ad terram in agro *Tarvisino,* Oct. 1872. — Ab *H. coralloide* (quocum genuino comparavi) abunde differt aculeis copiosioribus, multo tenuioribus, sporis dimidio minoribus (in illo spor. globosæ 5–$5^1/_2$, 1–gutt. hyalinæ).
3. **Hydnum** (Merisma*) **Spongiola** Sacc. Cæspitiforme v. subdendroideum, dense repetito–ramosum, subrotundum, $1^1/_2$–2 cent. album crassumque, albo–lutescens, trunculo brevi nudiusculo, 3–4 mill. cr., carnoso–tenaci, e cavo farcto; aculeis ubique copiosissimis, densis, breve acicularibus, vix 1 mill. lg., $^1/_8$ mill. cr.; sporis non visis. — Ad terram arenosam prope Hortum Patavinum, Sept. 1879, Bizzozero. — Siccando contrahitur et spongiolam æmulatur. Etsi sporas non viderim species habitu tam peculiari pollet ut cum ceteris confundi non possit.
4. **Anthina flammea** Fr. In ligno putri udo in Horto Patavino, Oct. 1879.

5. **Anthina dichotoma** Roth. Cat. Bot. II. t. 8 fig. 2. In corticibus putridis udis in Horto Patavino, Nov. 1879. — Tam in hac specie quam in præcedente sporæ nullæ repertæ: stirpes verisimiliter ozoniaceæ.

Hypodermeæ.

6. **Ustilago Parlatorei** Fisch. Waldh. Aperç. Ustilag. p. 29. In caule et petiolis Rumicis obtusifolii in montanis *Vette di Feltre,* Aug. 1879, Bizzozero. — Sporæ sphæricæ, 12–15 micr. d., eximie minute areolato–asperulæ, violaceo–fuscidulæ. Areolæ $^3/_4$–1 micr. d. (in affini *U. urticulosa* areolæ 2 micr. d.).
7. **Thecaphora aterrima** Tul. Intra glumas spicæ masculæ Caricis curvulæ in Monte *Generoso,* æstate 1879. Doct. Penzig. — Glomeruli globoso–inæquales, 25–40 micr. diam. e pluribus sporis arcte conglobatis constantes, aterrimi, subimpellucidi.
8. **Pucciniastrum Epilobii** (Chaill.) Otth., Speg. Dec. Mycol. n. 62. Ad folia viva v. languida Epilobii angustifolii in sylva *Cansiglio,* Aug. 1879, Spegazzini.
9. **Pucciniastrum? Circææ** (A. & S.) Speg. Dec. Mycol. n. 65. Sacc. M. V. n. 389 part. In foliis Circææ intermediæ et alpinæ in sylva *Cansiglio,* Sacc. & Speg.
10. **Thecopsora myrtillina** Karst. Fenn. IV. 59. Speg. Dec. Mycol. 66. *Cæoma Vacciniorum* Link. p.p. Sacc. M. V. Spec. p. 207. In foliis Vaccinii Myrtilli, *Montello, Cansiglio, Alpago.* Sacc. & Speg.
11. **Thecopsora? Vacciniorum** (West.) Karst. Fenn. IV. 58. In foliis Vaccinii Vitis Idææ in sylva *Cansiglio.*
12. **Coleosporium Cacaliæ** (DC.) Fuck., Speg. Dec. Mycol. n. 67. Ad folia viva Adenostylis alpinæ in rupibus *M. Serva* (*Belluno*), Sept. 1879, Speg.
13. **Chrysomyxa Rhododendri** (DC.) De Bary «*Æcid. abiet.* 1880» pag. 7 tab. X. fig. 1–7 (teleut., sporidiol., æcidiosp.) *Melampsoropsis Rhododendri* Schröt. Entw. ein. Rost. p. II. p. 57. *Uredo Rhododendri* DC.

Sacc. M. V. 431. — In pag. inf. foliorum Rhododendri hirsuti et ferruginei in *M. Cavallo, M. Serva, M. Sol* &c.

14. **Uromyces Cacaliæ** (DC.) Lév., Speg. DC. Mycol. 68. In pag. inf. foliorum Adenostylis alpinæ in alpibus supra *Possagno* (Rossi Art.) et in *M. Tremol* (*Alpago*) æst. 1879 (Spegazzini). — Teleutosporæ obovatæ, 30 = 18, apice incrassatæ, apiculatæque, cinnamomeæ, breve hyalino-stipitatæ.

15. **Uromyces Hedysari obscuri** (DC.) Carest. Speg. Dec. Mycol. n. 72. Ad folia viva Hedysari obscuri in *M. Serva* (*Belluno*) Sept. 1879, Spegazzini.

16. **Uromyces Sinensis** Speg. Dec. Mycol. 69. Soris hypophyllis, rarius epiphyllis, per epidermidem erumpentibus, rotundatis v. elongatis, interdum confluentibus, sparsis v. circulariter dispositis, cinnamomeis, macula flavo-pallescenti insidentibus; teleutosporis ellipsoideo-sphæroideis, episporio tenui, minute verruculoso-asperulis, flavo-fuligineis, granuloso-farctis, raro guttulatis, 20–25 = 18–20, stipite brevi hyalino; uredosporis... non visis. — Ad folia viva v. languida Dianthi Sinensis, *a Belluno,* Oct. 1879, Spegazzini.

17. **Puccinia alpina** Fuck. Speg. Dec. Mycol. 73. In foliis vivis Violæ bifloræ in pascuis alpinis, *Pallantina* (*M. Cavallo*) Aug. 1879, Spegazzini.

18. **Puccinia Polygoni vivipari** Karst. Speg. Dec. Mycol. 75. *P. Bistortæ* f. *Vivipari* Sacc. F. V. ser. V. 170. — In ejusdem foliis in alpibus prope *Possagno* et in *Cadore* (A. Rossi, Spegazzini).

19. **Puccinia Bupleuri** Rud. Linnæa 1829 p. 514. — Speg. Dec. Mycol. 74. In foliis Bupleuri aristati ad ripas *Isonzo* in Forojulio, Rudolphi; in foliis Bupleuri graminei in *M. Marmolade* (*Cadore*), Sept. 1879, Spegazzini.

20. **Puccinia Epilobii** DC. Speg. Dec. Mycol. 76. In foliis Epilobii montani in sylva *Cansiglio,* Aug. 1879, raro, Spegazzini.

21. **Puccinia Morthieri** Körn. Speg. Dec. Mycol. 77.

In foliis Geranii macrorrhizi in *M. Crosera* (*Alpago*), Aug. 1879, Spegazzini.

22. **Puccinia obscura** Schröt. In foliis calamisque Luzulæ campestris, *Possagno*, Aut. 1879, Art. Rossi. — Teleutosporæ obovato-clavatæ, 35 × 18, fuscæ, tunica apice incrassata obtuseque apiculata, stipite tereti, 18–5, hyalino; uredosporæ e globoso ellipsoideæ 25 × 20, ochraceæ, asperulæ,

23. **Puccinia Soldanellæ** Fuck. Speg. Dec. Mycol. 78. In foliis languidis Soldanellæ alpinæ in *M. Civetta* (*Cadore*) Sept. 1879, Spegazzini.

24. **Phragmidium granulatum** Fuck. Speg. Dec. Mycol. 81. *Phr. obtusum* f. *Potentillæ albæ* Sacc. M. V. n.° 1322. In ejusdem foliis in *M. Monfenera* prope *Possagno* Bizzozero et in *M. Majazze* (*Cadore*), Spegazzini. — Teleutosporæ oblongæ, utrinque rotundatæ, constricto–2–4–septatæ, 60 × 28, guttulatæ, cinnamomeæ, sparse hyalino–tuberculatæ, stipite tereti, brevi, crasso, 30 × 10–12, hyalino. Uredosporæ aureæ globosæ, 18 micr. d., depresso–tuberculatæ. A *Phr. obtuso* præcipue stipite teleutosporarum multo breviore dignoscitur.

25. **Cæoma filicinum** (Niessl.) *Pucciniastrum? Filicum* Speg. Dec. Mycol. 63bis (f. *Pol. Phegopteridis*). — *Protomyces? filicinus* Niessl. In pag. inf. Polypodii Phegopteridis in sylva *Cansiglio*, Aug. 1879, Spegazzini (in *Riesengebirge* 1871, Gerhardt). — Acervuli hypophylli minuti, epidermide vix inflata sed circumcirca denique infuscata tecti: sporæ e globoso obtuse deltoideæ v. obovoideæ, 15–18 × 12–15, stipite (ut plurimum) tereti dimidio breviore suffultæ, subhyalino-farctæ (nec granulosæ) episporio crassiusculo. — Cfr. cl. Winter in Hedwigia 1880 n. 1–2. Præter hanc, sequentes duas species in Filicibus observavi.

26. **Cæoma Polypodii** Pers. *Uredo Polypodii* Pers. DC., *Cæoma Filicum* Link. p.p. *Uredo Aspidii* Pollini. In foliis Cystopteridis fragilis in agro Veneto (Speg. Dec. Myc. n. 63., Pollini!) in Saxonia, Auersw!, Austria, Thüm!, Bohemia, Sachs! (in Rabh.

Herb. Mycol. ed. II. n. 797), Carniolia, Voss!. — Polypodii Dryopteridis Schröter! (F. Bad. n.° 127). — Adianti Capilli Veneris (var. γ. DC.) *Vittorio* (Veneto), Saccardo. — Scolopendrii officinarum, *Forden,* Cooke! (F. B. ed. II. n.° 73) Vize! (F. B. n.° 143). — Sporæ ex ovoideo obtuse angulosæ, 25–28 = 20–25, intus granulosæ, aureæ, episporio crassiusculo, hyalino, levi.

27. **Cæoma macrosporum** (Wallr.) *Erysibe Filicum* β *macrospora* Wallr. Crypt. Germ. II. 206. *Cæoma Filicum* var. *Dryopteris* Thüm. In pag. inferiore foliorum Polypodii Dryopteridis, *Berneck,* Bavaria, Æstate 1875, Thümen! (M. U. n. 248 et in litt.). — Acervuli gregarii, pulvinati, epidermide inflata tecti, pallide flavi; sporæ magnæ, obovatæ, inæquales, basi sæpius tenuato–truncatæ, 40–42 = 35, totæ dilutissime flavidæ, intus farctæ, nec granulosæ, episporio 3–4 micr. crasso, concolore. Adsunt simul sporæ (immaturæ?) minores, 35 = 20, oblongæ, inæquales, dilutiores. — *Uredo Aspidiotus* Peck., in Mycoth. Univ. n.° 950 (in Pol. Dryopteride, *New-York*) non differt nisi acervulis majoribus, plerumque epiphyllis. An satis?

28. **Æcidium albidum** Bon. f. **Ferulaginis galbaniferæ** Speg. Dec. Mycol. 35. In ejusdem foliis caulibusque vivis, *Vittorio,* Majo 1879, Spegazzini.

29. **Æcidiolum Soldanellæ** Sacc. Conceptaculis sæpius hypophyllis, gregariis, punctiformibus vix extantibus, aurantiacis; spermatiis (conidiis?) oblongis, truncatis, 4 × 3, hyalinis, basidiis bacillaribus, septulatis 12–14 × 3, subaurantiacis suffultis. — In foliis Soldanellæ alpinæ, in montanis *Vette di Feltre,* Aug. 1879, Bizzozero.

Phycomyceteæ.

30. **Peronospora Dentariæ** Rabh. F. E. n. 86. Speg. Dec. Mycol. 37. In foliis Dentariæ enneaphyllæ *Conegliano,* vere 1879, raro, Spegazzini.

Pyrenomyceteæ.

31. **Valsa** (Euvalsa) **Viburni** Fuck. In ramulis Viburni Lantanæ in *M. Salta* (*Longarone, Cadore*), Sept. 1879, Spegazzini.

32. **Physalospora Claræ-bonæ** Speg. Dec. Mycol. 88. *Sphœria vacciniicola* Lib. Herb. — Peritheciis globoso-lenticularibus, 150–180 micr. d., parenchymate foliorum immersis, epidermideque minutissime bullulato-umbilicata, mellea tectis; contextu parenchymatico fulvo-fuligineo, ostiolo impresso saturatiore; ascis cylindraceis, 100 × 7–8, paraphysibus obvallatis, octosporis; sporidiis oblique monostichis ellipsoideis v. subnaviculariis, utrinque acutiusculis, 14–16 × 5, crasse-1-guttatis, hyalinis — In foliis aridis adhuc pendulis Vaccinii Vitis-ideæ in sylva *Cansiglio*, Aug. 1879, Spegazzini.

33. **Physalospora alpina** Speg. in Roum. Rev. Mycol. II. p. 32. t. I. fig. C. Peritheciis sparsis, parenchymate foliorum immersis, globosis $^1/_3$–$^1/_2$ mill. d., siccitate quandoque cupulatis, contextu crasse membranaceo, fulvo–fuligineo, ostiolo plus v. minus protuberante obtuso, atro, subcarbonaceo; ascis fusoideis, apice truncato-rutundatis crasseque tunicatis, 110–120 × 20, basi in stipitem brevem et nodulosum abrupte attenuatis, paraphysibus filiformibus, guttulatis, obvallatis, octosporis; sporidiis inordinate distichis, oblongo–ellipsoideis, utrinque acutiuscule rotundatis, 35–40 × 8–9, continuis, granuloso–farctis, hyalinis. — In foliis dejectis putrescentibus Rhododendri ferruginei, *M. Serva* (*Belluno*), Oct. 1879, Spegazzini.

34. **Dimerosporium maculosum** Speg. Dec. Mycol. 85. (*Aptosporium*). Peritheciis in pulvinulis conidiophoris (*Cladotrichum maculosum* Speg.) sparsis, parvulis, 60–70 micr. d., globosis, astomis, hyphulis fuligineis exiguis, crassitie sat variis instructis, contextu membranaceo–parenchymatico, fuligineo; ascis cylindraceo–clavatis, 30–35 × 8, octosporis; sporidiis distichis cy-

lindraceo-fusoideis, utrinque obtusiusculis, 8–10 × $2^1/_2$–$3^1/_2$, 2–4–guttulatis, dein 1–septatis, leniter constrictis hyalinis. — Ad folia viva v. exsiccata Rhododendri Chamæcisti in vertice *M. Crosera*, Aug. 1879, Spegazzini. Descriptio cl. Spegazzini l. c. exemplaria immatura spectare videtur.

35. **Dimerosporium oreophilum** Speg. in Roum. Rev. Mycol. II. 32. Peritheciis gregariis v. hinc inde sparsis, superficialibus, minutissimis, 110—120 micr. d., globosis, undique hyphis exiguis fuligineis, perithecii diametrum vix æquantibus, ostiolo vix perspicuo, atris; contextu tenue membranaceo—parenchymatico, atro—fuligineo; ascis cylindraceo—clavatis, antice obtuse rotundatis, postice in stipitem brevissimum et nodosum desinentibus, 60—65 × 20, paraphysibus filiformibus paulo longioribus obvallatis, octosporis; sporidiis ovoideis, medio constricto-1–septatis, 15–16 × 7–8, loculo superiore majore, hyalinis. — Ad ramulos vivos Rhododendri ferruginei in alpinis *M. Marmolade*, alt. 2800^m. (*Cadore*), Oct. 1879. Spegazzini.

36. **Microthyrium alpestre** Sacc. Peritheciis laxe gregariis, amphigenis, dimidiato–scutatis, circularibus 100-110 micr. d., subiculo mycelico tenuissimo insidentibus, ostiolo impresso, 12 micr. d.; contextu membranaceo, eximie radiatim parenchymatico, fuligineo, ambitu integro; ascis cylindraceo–clavatis apice rotundatis, brevissime stipitatis, 28–30 × 6, aparaphysatis, octosporis; sporidiis oblongis, 10–12 × 3, 1–septatis, leniter constrictis, utrinque obtusiusculis, hyalinis. — In foliis emortuis v. languidis Caricis sempervirentis in alpinis *Vette di Feltre*, æstate 1879, Bizzozero.

37. **Sphærella ootheca** Sacc. Peritheciis epiphyllis, subgregariis, innato—erumpentibus, e globoso depresso—conoideis, atris, membranaceo—densiusculis, $^1/_{10}$ mill. d.; ascis crasse obovatis, 40 × 28, apice obtuse rotundatis, basi brevissime stipitato—apiculatis, aparaphysatis, octosporis; sporidiis 2–3–stichis, oblongis, 1–septatis, lenissime constrictis, 15–16 × 6–7, utrinque obtusiusculis, hyalinis. In pag. superiore foliorum emor-

tuorum Dryadis octopetalæ in alpinis *Vette di Feltre* (*Belluno*), Sept. 1879, Bizzozero.

38. **Didymella Dryadis** (Fuck.) Speg. Dec. Mycol. 89. *Sphæria Dryadis* Fuck. Ad folia viva v. arida Dryadis octopetalæ in *M. Borgà* (*Cimolais*), Sept. 1879, Spegazzini. — Epiphylla; perithecia majuscula, 140–160 micr. d., in macula indeterminata, primo fusca, dein arescendo grisea, semiimmersa, globosa, aterrima, perforata, demum depressa; asci fasciculati, basi ventricosi, breve pedicellati, 60–65 ≈ 12–14, paraphysibus filiformibus obvallati, octospori; sporidia oblongo–ellipsoidea, diu continua granuloso–farcta, dein medio septata, parumque constricta, hyalina, 15 ≈ 5, loculis interdum 1–guttulatis.

39. **Didymella eupyrena** Sacc. Peritheciis gregariis, initio epidermide velatis, dein erumpentibus, globoso–depressis, $^1/_3$–$^1/_2$ mill. d., distincte breve papillatis, atris; contextu parenchymatico solidiusculo fuligineo; ascis cylindraceo–clavatis breve stipitatis, apice tunica integra rotundatis, 90–100 ≈ 15–18, octosporis paraphysibus subcoalescentibus evanidisque; sporidiis distichis obovato–oblongis, 15–19 ≈ 7–8, constricto–1–septatis, loculo superiore majore, minute varie guttulatis, hyalinis. — In caulibus Urticæ dioicæ in alpinis *Vette di Feltre*, Aug. 1879. — A *Did. effusa* Niessl præcipue peritheciis multo majoribus diversa.

40. **Diaporthe** (Scler.) **syngenesia** (Fr.) Nke. Speg. Dec. Mycol. 91. In ramis dejectis Rhamni Frangulæ, *Ampezzo, Longarone* etc. (*Cadore*) Sept. 1879, Spegazzini.

41. **Diaporthe** (Scler.) **inæqualis** (Curr.) Nke *Melanconis Castri–Labatii* Speg. Dec. Mycol. 90. In ramis emortuis Sarothamni scoparii, *Castel Lavasso* (*Cadore*). Sept. 1879, Spegazzini.

42. **Leptosphæria microscopica** Karst. *L. culmorum* Auersw. In foliis emortuis graminum in alpinis *Vette di Feltre*, Aug. 1879, Bizzozero. — Asci crasse cylindracei, 60–70 ≈ 15–18, parce paraphysati, octospori; sporidia disticha, fusoideo–oblonga, 25 ≈ 6, 3–

septata, ad septum medium constricta, utrinque obtusiuscula, minute 4–guttulata, flavo–olivacea. Perithecia perexigua, 90–100 micr. d.

43. **Leptosphæria Campi-Silii** Speg. in Roum. Rev. Mycol. II. 32. Peritheciis sparsis, parenchymate immersis e globoso conoideis, minutis, 100–140 micr. d., ostiolo exerto, atris; contextu parenchymatico, tenui, griseo–olivaceo, circa ostiolum crassiore et nigricante; ascis cylindraceo–clavatis, breve stipitatis, 60–70 ≈ 8–10, paraphysatis, octosporis; sporidiis cylindraceo–fusoideis, utrinque acutiuscule rotundatis, 20–24 ≈ $3^1/_2$–4, 5–6–septatis, loculo tertio superiore protuberante, melleis. — In foliis emortuis Lycopodii annotini in *M. Cavallo,* Aug. 1879, Spegazzini.

KARSTENULA Speg. Perithecia (ut *Massariæ*) tecta, discreta. Asci octospori. Sporidia (ut *Cucurbitariæ*) pluri–septata, muriformiaque, fuliginea.

44. **Karstenula rhodostoma** (A. & S.) Speg. Dec. Mycol. 94. In ramis corticatis Rhamni Frangulæ, *Forno di Zoldo* (*Cadore*) Sept. 1879, Spegazzini. — Asci cylindrici 120–140 ≈ 10–11, parce paraphysati, octospori. Sporidia monosticha, oblonga, utrinque obtuse attenuata, 20 ≈ 8, 3–septata, constricta, ut plurimum septo uno alterove longitudinali, fuliginea. Apud descript. et iconem Curr. *Hook. Sphær.* et Fuck. *Symb.* desunt septa longitudinalia, sed cetera exacte conveniunt, ut existimari possit horum auctorum specimina fuisse incomplete evoluta.

45. **Melanomma obtusum** Sacc. Peritheciis sparsis, subsuperficialibus globoso depressis, dein fere applanatis, $^1/_3$ mill. d., obsolete papillatis, contextu subparenchymatico olivascente; ascis cylindraceo–clavatis, apice rotundatis, 100–110 ≈ 12–14, subsessilibus, paraphysibus obvallatis, octosporis; sporidiis oblique monostichis oblongis, utrinque obtuse rotundatis, 22–25 ≈ 8–9, 3–septatis, constrictisque, 4–guttulatis, dilutissime fuscellis. In ramis decorticatis Juniperi nanæ in alpinis, *Vette di Feltre,* Aug. 1879, Bizzozero. — Af-

fine *M. medio* S. & S. (abieticolæ) sed sporidiis crassioribus, utrinque obtusissimis satis differt.

46. **Lophiotrema Cadubriæ** Speg. Dec. Mycol. 96. Peritheciis globosis matrice late nigrificatâ semiimmersis, atris, subcarbonaceis, $^1/_4$–$^1/_5$ mill. d., ostiolo compresso-papillato; ascis cylindraceo-clavatis, apice rotundatis, deorsum stipitatis, 120–150 ≈ 20–25, paraphysibus filiformibus, longioribus, guttulatis, obvallatis, octosporis; sporidiis cylindraceo-fusoideis, 8–11-septatis, ad septa subconstrictis, 70–75 = 10–11, loculo 4° vel 5° superiore vix crassiore, utrinque rotundatis, crassiuscule tunicatis, hyalinis. — In culmis caulibusque dejectis putridis ad ripas lacus *Aleghe* (*Cadore*), Sept. 1879, Spegazzini.

47. **Nectria dacrymycella** (Nyl.) Karst. In caulibus Aconiti Napelli, socia *Leptosphæria modesta,* in alpinis *Vette di Feltre,* Aug. 1879, Bizzozero. — Perithecia innato-erumpentia, globoso-depressa, papillulata, $^1/_3$ mill. d., amœne miniata, contextu parenchymatico sanguineo, cellulis ostiolaribus pyramidatis, radiatis, hyalinis; asci cylindracei, 110 ≈ 15–16, apice obtusiusculi, paraphysibus guttulatis obvallati, octospori; sporidia disticha, fusoidea, subinæquilateralia, 20–24 = 6, 1-septata, vix constricta, 4-guttulata, hyalina. Species plenius explorata ad Nectriam potius quam ad Calonectriam ducenda videtur. Cfr. Mich. I. 314, ubi forma *minor* describitur.

Discomyceteæ.

48. **Peziza** (Tuberculia) **tuberculosa** Sacc. & Cooke. Ascomatibus sparsis, breve stipitatis, ex urceolato calyciformibus, 6–8 mill. d., ceraceo-mollibus, totis pallide ochraceis, margine eximie inciso-crenulatis, extus grosse furfuceo-tuberculatis, stipite terra fere penitus infosso, teretiusculo, 5–6 mill. longo; ascis cylindricis, apice obtusis, deorsum sensim stipitatis, 220 ≈ 15, p. s. 120–130 = 15, paraphysibus bacillaribus, septulatis, hyalinis, obvallatis, octosporis: sporidiis oblique monostichis, oblongo-ellipsoideis, utrinque rotundatis, 16-

18 × 7–8½, hyalino–farctis. — In ollis cum *Eucalyptis* in frigidaris Horti Patavini, Martio 1880, Bizzozero. — Nonnullis notis ad *Pez. carbonariam, Pez. catinoidem* &c. accedit sed pustularum præsentia statim dignoscitur sectionemque propriam (*Tuberculia*) efcere potest quæ a sect. *Tazzetta* Cke re vera differt ascomatibus extus conspicue pustulatis.

49. **Peziza** (Pustularia) **cerea** Sow. In ollis in calidariis Horti Patavini, Dec. 1879, Bizzozero. — Ascomata cerea, sicca subaurantiaca. Asci cylindrici, 180 × 12–14, p. s. 130 l.; sporidia oblongo–ellipsoidea 20–25 × 8–9, hyalina, farcta.

50. **Peziza** (Sclerotinia) **tuberosa** (Hedw.) Bull. In sylvula Horti Botanici Patavini cum *Colchico* et *Anemone ranunculoidi,* magna manu, Martio 1880. — Pulcherrima species. Sclerotium profunde infossum tuberiforme extus nigrum, intus album 1½–2½ cent. d., inæquale; e quoque sclerotio 3–6 ascomata stipitata gignuntur; stipes teres, inæqualis, 30–35 × 3–4 mill., radiculosus; ascoma initio urceolatum, dein calyciforme, subcoriaceum, glabrum, castaneum, 1–1½ cent. d.; asci cylindrici, apici truncati 120–140 × 10, p. s. 90–100 lg., paraphysibus filiformibus obvallati, octospori; sporidie oblique monosticha, oblongo–ellipsoidea, 15–17 × 6–7, 2–guttulata, hyalina.

51. **Peziza** (Pyronema) **domestica** Sow., Cooke Mycogr. fig. 90 (*P. pluvialis*). Ad parietes ollarum argillacearum in calidariis udis Horti Patavini Aprili 1880, Bizzozero. — Ascomata subangulosa, extus arachnoidea, confluendo crustas latiusculas molles, amœne roseas efficiunt. Asci cylindrici 160 × 15, p. s. 110 lg., paraphysibus filiformibus guttulatis, creberrimis, æqualibus obvallati, octospori; sporidia ellipsoidea 17–18 × 8–8½, hyalina, farcta.

52. **Trichopeziza relicina** (Fr.) Fuck. *Lachnum relicinum* Karst. In caulibus putridis Aconiti in alpinis *Vette di Feltre,* Aug. 1879, Bizzozero. — Ascomata brevissime stipitata, fusca, piloso–comata; pili 150 × 5, septati fuliginei, excipuli contextus parenchymaticus

pallidus; asci cylindracei subclavati, 60–65 ≈ 6–7, subsessiles, apice rotundati, paraphysibus bacillaribus, longioribus obvallati, octospori; sporidia fusoidea, 8–10 ≈ $1^1/_2$, curvula minute 4–6–guttulata, hyalina.

53. **Phacidium rugosum** Fr. Speg. in Roum. Rev. Mycol. II. 32. — In sarmentis emortuis Rubi Idæi in sylva *Cansiglio,* Aug. 1879, Spegazzini.

54. **Heterosphæria alpina** Sacc. Ascomatibus hypophyllis, innato–erumpentibus, depresso–urceolatis, $^1/_4$ mill. diam., coriaceo–carbonaceis, nigris, margine connivente denique in lacinias 4–7 diviso; contextu excipuli parenchymatico, fusco; ascis (in ascomatibus fundo reperiendis) cylindraceo–clavatis, apice rotundatis lumineque paululum coarctato, 45–50 ≈ 6–7, subsessilibus, paraphysibus bacillaribus obvallatis, octosporis; sporidiis bacillari–fusoideis 13–16 ≈ 3, leniter curvis, utrinque obtusiusculis, 3–septatis, non constrinctis, hyalinis. — In pag. superiore foliorum Dryadis octopetalæ in alpinis *Vette di Feltre,* Aug. 1879, Bizzozero. — De genere adhuc dubius hæreo, sed quod aptius non cognosco.

55. **Helotium chrysostigma** (Fr.) Karst. Speg. Dec. Mycol. 101. In frondibus dejectis Pteridis aquilinæ in *M. Marmolade,* Sept. 1879, Spegazzini. — Ascomata perexigua, vix ac ne vix puberula. Asci clavulati 35 ≈ $6^1/_2$–7, tetraspori (mihi saltem visi!), paraphysibus bacillaribus, raro furcatis obvallati; sporidia curvula, 9–11 ≈ 2, hyalina. Ab hoc *H. aureolum* meum (pag. 79) differt ascomatibus nitidis, sporidiis octonis, multo longioribus etc.

56. **Cryptodiscus pallidus** (Pers.) Corda, Speg. Dec. Mycol. 102 (Stictis). In ramis decorticatis putrescentibus Fagi sylvaticæ in sylva *Cansiglio,* Aug. 1879, Spegazzini.

57. **Propolis** (Ocellaria) **parvula** Speg. Dec. Mycol. 103. Ascomatibus laxe gregariis, per epidermidem stellatim fissam erumpentibus, poculiformibus $^1/_2$–1 mill. d., margine æquali revoluto, v. lacero–fimbriato, albido, disco aureo–fusco, v. cinereo, carnosulo; ascis cylin-

draceis, 90–100 = 25, antice obtuse rotundatis, postice in stipitem brevissimum et nodosum desinentibus, paraphysibus filiformibus, longioribus, guttulatis, obvallatis, octosporis; sporidiis distichis, ellipsoideis, 24 = 12–14, granuloso–farctis, hyalinis. — Ad ramulos languidos v. emortuos Salicis fragilis ad ripas fl. *Piave, Belluno,* Oct. 1879, Spegazzini.

Myxomyceteæ.

58. **Chondrioderma difforme** (Pers.) Rost. Cooke Brit. Myx. p. 39. In culmis graminum putrescentibus dejectis in montanis *Vette di Feltre,* Aug. 1879, Bizzozero. — Sporæ globulosæ 10–12 micr. d., leves vinoso–fuscæ.

59. **Physarum citrinum** Schum. *Ph. Schumacheri* (Spr.) Rost. In caulibus dejectis putridis in Horto Patavino, aut. 1879, Bizzozero. — Peridia sphæroidea, rufescentia, eximie citrino–squamulosa, stipite recto, rufo; sporæ globosæ, diu conglobatæ, 10 micr. d., leves, vinoso–fuligineæ.

Sphæropsideæ.

60. **Camarosporium alpinum** Speg. Dec. Mycol. 112 sub *Henders.* Peritheciis cæspitosis, rarius subsparsis, erumpentibus, globosis, papillulatis, atris, contextu densissime parenchymatico, fuligineo; stylosporis ellipsoideis v. ovoideis, 12–15 = 5–6, utrinque obtusiusculis, 3–4–septatis, septo uno alterove longit., fuligineo–olivaceis. — In ramulis Sarothamni scoparii in alpinis *M. Borgà* (*Cimolais, Carnia*) Sept. 1879, Spegazzini. — Valde recedit a statu macrostyl. *Cucurbitariæ Spartii,* qui describitur a Fuck. Symb. Nachtr. I. 20 et II. 32.

61. **Septoria Napelli** Speg. Dec. Mycol. 117. Maculis nullis; peritheciis hypophyllis, laxe gregariis, sparsisque, prominulis, majusculis, 120–130 micr. d., atro-olivaceis; contextu membranaceo–parenchymatico; spermatiis filiformibus, guttulatis v. septulatis, 50—100 = 2–4, hyalinis. — Ad folia Aconiti Napelli, so-

cia *Ramularia Napelli* in alpinis *Salattis* et *M. Stella,* Aug. 1879, Spegazzini.

62. **Septoria plantaginea** Pass. v. **Plant. majoris.** A typo differt spermatiis brevioribus et angustioribus, nempe 30 × 1–1¼, guttulatis, hyalinis. Perithecia lenticularia, 60–70 micr. d. — In foliis Plantaginis majoris ad utramque paginam, aut. 1879, *Cavaso,* A. Rossi.

63. **Septoria Lycoctoni** Speg. Dec. Mycol. 118. Maculis parvulis irregularibus, candidis, zona atro-fusca cinctis; peritheciis laxe gregariis, parvulis, parenchymate immersis, lenticularibus, 100–120 micr. d., ostiolo parvulo pertusis, contextu membranaceo—parenchymatico fuligineo; spermatiis filiformibus indistincte pluriseptatis, rectis curvulisve, 25–35 × 1½–2, hyalinis. In foliis vivis v. languidis Aconiti Lycoctoni in sylva *Cansiglio,* Aug. 1879, Spegazzini.

64. **Septoria Soldanellæ** Speg. Dec. Mycol. 115. Amphigena; maculis primo obscuris dein arescendo candidis, sæpeque totum folium occupantibus; peritheciis globulosis, parvulis, 70–80 micr. d., contextu membranaceo—parenchymatico atrofuligineo, ostiolo late hiante pertuso; spermatiis filiformibus, continuis (?) 20–30 × 1 hyalinis. — In foliis Soldanellæ alpinæ in *M. Pizzocco* (*Cadore*), Sept. 1879, Spegazzini.

65. **Septoria Bellunensis** Speg. Dec. Mycol. 116. Hypophylla, v. amphigena; maculis exaridis, pallescentibus, primo oblongo-ellipticis, dein irregularibus sæpeque totum folium occupantibus; peritheciis minutis, 80–90 micr. d., hinc inde sparsis, parum prominulis, contextu tenui-membranaceo; spermatiis cylindraceis, 20–30 × 3–4, utrinque obtusiusculis, 1–2-septatis, v. continuis, hyalinis. — Ad folia languida Moliniæ cœruleæ, *Belluno,* Oct. 1879, Spegazzini.

66. **Septoria seminalis** Sacc. Maculis marginalibus oblongis, subochraceis; peritheciis gregariis, epiphyllis, lenticularibus, tectis, 90 micr. d. pertusis, contextu tenui-parenchymatico, ochraceo; spermatiis bacillari-

fusoideis, falcatis 20–25 × $1^1/_2$–2, utrinque acutis, guttulatis, hyalinis. — In folio seminali (cotytedone) languido Aceris campestris in Horto Patavino, aut. 1879, Bizzozero. — A *S. Aceris, S. Pseudoplatani, Glœosporio acerino* et *truncatulo* certe diversa.

67. **Leptothyrium? botryoides** Sacc. Peritheciis convexo–scutiformibus, atro–nitentibus, amphigenis, $^1/_6$–$^1/_8$ mill. d., dein botryoso–corrugatis, contextu minute parenchymatico fuligineo; spermatiis cylindraceis, utrinque obtusiusculis, 12–15 × 2, sæpissime (normaliter?) catenulatis, nubilosis, hyalinis, basidiis conformibus suffultis. — In foliis aridis Fagi sylvaticæ, socio *Coccomycete coronato* cujus verisimiliter spermogonium, in *M. Sol* (*Possagno*), autumno 1879, A. Rossi.

Melanconieæ.

68. **Glœosporium intermedium** Sacc. ***subramulosum.** A typo differt basidiiis simplicibus v. breviter furcatis, parce septulatis, 15–30 × $4^1/_2$–5, e strato proligero fuscidulo oriundis; conidiis oblongis, 15–18 × 5–6, utrinque obtusiusculis, 3–4–guttulatis, hyalinis. In foliis emortuis Carludovicæ in calidariis Horti Patavini, Martio 1880.

69. **Glœosporium frigidum** Sacc. Acervulis gregariis, amphigenis, in partibus dealbatis foliorum immersis et vix erumpentibus, subglobosis, carneis, contraque lucem pellucidis; conidiis cylindraceis, curvatis; utrinque rotundatis, 22–26 × $3^1/_2$–4, minute 4–6–guttulatis, hyalinis; basidiis teretibus brevioribus, 12–15 × 2–$2^1/_2$, raro sub–ramulosis suffultis. — In foliis Evonymi japonici, hiemis 1880 intensissimo frigore (usque –13 centigr.) necatis, in Horto Patavino.

70. **Glæosporium? tremellinum** Sacc. Acervulis hypophyllis, discoideo–convexis, mox superficialibus, succineis, $^1/_6$ mill. d.; conidiis fusoideo–falcatis, utrinque acutis, 8–9 × $1^1/_4$ hyalinis, in basidiis filiformibus, 45 × 1, acro–pleurogenis. — In foliis emortuis Aceris campestris *Conegliano,* Spegazzini. — Contextus tenuissimus radiatus (an genuinus?) visus est; basidia

quoque in genere abnormia. Ulterius ergo inquirenda species.

71. **Cylindrosporium microspermum** (Speg.) *Fusidium micr.* Speg. Dec. Myc. 120. Hypophyllum; maculis circularibus indeterminatis, amphigenis flavo-pallidis; acervulis epidermide tumidula velatis; conidiis bacillari-fusoidis, utrinque acutis, 6-12 = $^3/_4$, hyalinis, quandoque leniter curvis, denique emergenti-superficialibus. — Ad folia viva v. languida Saxifragæ rotundifoliæ in sylva *Cansiglio,* Aug. 1879, Spegazzini.

72. **Cryptosporium Neesii** Corda ***betulinum.** In ramis corticatis Betulæ albæ *Patavii,* Aprili 1875. Conidia cylindracea, curva, 50 = $4^1/_2$-5, granulosa, hyalina. Absque dubio status conidiophorus *Cryptosporæ betulinæ* Tul.

73. **Coryneum Kunzei** Corda, *C. disciforme* Nees, sec. Tul. et Kx, nec Corda. — In ramis corticatis quercinis in sylva *Montello,* vere 1874. — Nuclei disciformes, erumpentes, nigri. Conidia clavato-fusoidea, curvula, 60-70 = 12-14, 6-septata, non constricta, 7-guttata, olivaceo-fusca, apice subobliquo obtusiusculo pallidiora; basidia filiformia, subseptata, 120 = 3-4, hyalina.

74. **Coryneum foliicolum** Fuck. In foliis Rubi fruticosi *Conegliano,* Junio 1876, Spegazzini. — Maculæ epiphyllæ, ochraceæ, vagæ. Acervuli punctiformes erumpentes; conidia ellipsoideo-oblonga, 17 = 6-7, 3-septata, ad septa leniter constricta, olivacea, loculo infimo subhyalino, stipitibus filiformibus, 15-20 = $1^1/_4$, hyalinis suffulta.

Hyphomyceteæ.

75. **Ramularia montana** Speg. Dec. Mycol. 104. Maculis arescendo griseis v. brunneis, angulosis, sæpe totum folium occupantibus; hyphis hinc inde cæspitulosis, dilute olivaceis continuis, 20-25 = 2-3, sursum 1-3-denticulatis; conidiis cylindraceis, utrinque rotundatis, 20-40 = $2^1/_2$-3, non v. 1-septatis, granuloso-

farctis, hyalinis. — Ad folia languida Epilobii montani in sylva *Cansiglio,* Aug. 1879, Spegazzini.

76. **Ramularia Geranii** Fuck., Speg. Dec. Mycol. 111. — Ad folia viva v. languida Geranii sylvatici in sylva *Cansiglio,* Aug. 1879, Spegazzini.

77. **Ramularia aplospora** Speg. Dec. Mycol. 105. Hypophylla; maculis foliorum subrotundis sæpe confluentibus, superne fulvis, brunneo-purpureo-marginatis, inferne obscure griseis; hyphis dense cæspitulosis, candidis continuis, basi sæpe bulboso-inflatis, apice denticulatis, 60–70 × $2^1/_2$; conidiis ellipsoideis v. ovoideis, granuloso-farctis, 5–10 × 2–$2^1/_2$, continuis, hyalinis. — In foliis Alchemillæ vulgaris in sylva *Cansiglio,* Aug. 1879, Spegazzini.

78. **Ramularia pruinosa** Speg. Dec. Mycol. 106. Maculis ochraceis primitus parvulis, rotundis, mox totum folium occupantibus; cæspitulis densissime gregariis, macularum superficiem ut pruina albida obtegentibus; hyphis hyalinis continuis, 40–60 × 3, apice 1–3-denticulatis; conidiis cylindraceis utrinque rotundatis, 20–30 × 3–4, non vel medio 1-septatis, hyalinis. — Ad folia Senecionis Jacobeæ in sylva *Cansiglio,* Aug. 1879, Spegazzini.

55. **Leptosphæria eustomella** Sacc. Peritheciis gregariis innatis, globulosis $^1/_5$ mill. d., ostiolo acute conoideo erumpente; ascis tereti–clavulatis, 70–80 × 8–10, paraphysatis, octosporis; sporidiis distichis v. oblique monostichis, fusoideis, curvulis, 18–20 × $4^1/_2$, utrinque acutiusculis, 4–septatis, loculo secundo protuberante, olivaceis. — In culmis Festucarum majorum in *M. Grappa* (*Bassano*), Julio 1880 (A. Rossi). — A *Lept. eustoma* (Fr.) Sacc. differt ascis longioribus et angustioribus, sporidiis 4–septatis etc.

56. **Pleospora platyspora** Sacc. Peritheciis gregariis, initio epidermide velatis, dein subliberis. $^1/_4$ mill. d., globoso–depressis, glabris, ima basi hyphis repentibus cinctis; ostiolo breve conoideo; contextu perithecii disticte parenchymatico fuligineo; ascis tereti–clavatis, 100–120 × 18, apice rotundatis breve crasseque stipitatis, paraphysatis, octosporis; sporidiis distichis e fronte ovato–subrhombeis, 4–septatis, sepimentoque longitudinali divisis, non constrictis, 22–24 × 12–14, e latere vero compressis 6–7 micr. cr., (et tunc septo longitudinali inconspicuo) melleis strato mucoso obvolutis. — In caule emortuo Euphorbiæ *a Quero,* socia *Pleospora vulgari* Niessl. (A. Rossi). — Sporidiis conspicue compressis facile distincta species.

57. **Pleospora Cytisi** Fuck. Symb. 132. f. **Spartii.** In ramis Spartii juncei in Euganeis, aut. 1880 (Bizzozero). — Perithecia gregaria subcutanea globoso–depressa; asci tereti–clavati 150 × 15, octospori; sporidia ovato–oblonga, 35–40 × 14–16, 7–septato–muriformia, mellea.

58. **Pleospora mucosa** (Fuck.) Speg. Nova Add. n. 85. — Perithecia majuscula (150–180 micr. d.), subcuta-

nea, basi hyphis myceliálibus vestita, e globoso-lenticularia, ostilo latiusculo (30 micr. d.), prominulo, subexerto, atro donata, membranacea, atro-fuliginea; asci pauci, saccato-clavati, brevissime ac nodulose stipitati, apice rotundati, crasse tunicati, 8-spori (90–120 = 40–50); sporidia disticha vel tristicha, 5-horizontaliter, 1–2-verticaliter septata, elliptica vel elliptico—biconica ad septa vix constricta, loculis pluriguttulatis, diu hyalina, dein fuscescentia (40–50 = 12–16). — In cortice putri Cucurbitæ Melopeponis in hortis et arvis *a Belluno,* socia *Phoma mucosa* Speg.; cujus videas diagnosim inter Sphæropsideas.

59. **Capnodium quercinum** Berck. & Desm. Journ. Lond. Soc. Hort. 1849. IV. 258. M. Univ. n. 1451 (*Coniothecium*) et n. 1738. — In foliis emortuis Quercus Ilicis in Horto Patavino, Apr. 1880. Est forma conidiophora *Coniothecium quercinum* sistens: conidiis varie conglomeratis, septatisque, crassiuscule tunicatis, fuligineis, loculis singulis angulosis 6–10 micr. d., maculas minutas confluentesque atras formantibus. — *Coniothecium phyllogenum* Desm. loculis conidiorum minoribus cellulisque apicalibus mox liberatis, sphæroideis eseptatis subhyalinis, 6–7 micr. d., differt. Ad hoc postremum spectare videtur *Capnodium ilicinum* Thüm. Herb. (in Quercu Ilice) ex Græcia.

60. **Cucurbitaria Spartii** (Nees) Ces. DNtrs. Speg. Nov. Add. n. 84. — In ramis dejectis Sarothamni scoparii in alpinis *Cadore.*

61. **Cucurbitaria delitescens** Sacc. Periteciis hinc inde aggregatis, cortice initio subtectis dein erumpentibus, globosis, depressiusculis, $^3/_4$ mill. d., atris, carbonaceis, ostiolo papillato dein umbilicato; ascis teretibus 130 = 15, paraphysatis, octosporis; sporidiis monostichis oblongis, utrinque rotundatis, medio subconstrictis 25 = 10–12, 7-septato-muriformibus, fuligineis. — In ramis corticatis Persicæ vulgaris emortuis *a Possagno* Aug. 1880 (A. Rossi).

62. **Thyridaria incrustans** Sacc. Optime vegetam legi in ramulis Broussonetiæ, *Patavii,* Majo; stromata

(quasi Eutypellæ) intus atra; perithecia monosticha (nonnullis minoribus superimpositis) stromate immersa; ostiola vix distincta; discus stromatis, inæqualis furfere rufo conspersus, epidermide elevata cinctus, denique stroma totum, cortice cum multa materie stromatica nigra secesso, subsuperficiale.

63. **Teichospora obliqua** (Fr.) Karst., Speg. Nov. Add. n. 85. — In ramis dejectis abietinis in sylva *Cansiglio*. — Asci 120–130 = 10–12; sporidia elliptico–oblonga vel elliptico-ovata, immatura, hyalina, cribrose guttulata, et medio uni—constricto—septata (20–30 = 8–10).

64. **Massaria eburnea** Tul. Speg. Nov. Add. n. 87. — In ramis corticatis Fagi sylvaticæ *a Venas* (*Cadore*) vulgatissima, sed rarius matura.

65. **Ophiobolus** *) **vulgaris** Sacc. Michelia II. p. 67 (sub *Rhaphidophora*). — In caule Aconiti in sylva *Cansiglio*, socia *Leptosphæria modesta*.

66. **Xylaria alpina** Speg. Nov. Add. n. 64. — Stromata sæpius solitaria, rarius in cæspitibus 2–3 connata, clavæformia rarius subcylindracea, rarissime lateraliter compressa, 2 cent. alta, $^1/_3$–$^1/_2$ diam.; extus atra ruguloso–scabrosa, intus candida; clavula perithecis subglobosis, totaliter immersis, vix apice ostioli exsertis, confertissimis, undique ornata. Stipes, ater, brevis, ligno immersus, sæpe subbulbosus, pulvinulo depresso, subcirculari, tomentoso–ozoniaceo, atro–olivaceo circumdatus. Asci longissime pedicellati (pars spor. 40–45 = 4$^1/_2$–5 stip. 100–110 = 1–1$^1/_2$), paraphysibus crassis torulosis obvallati, octospori; sporidia oblique monosticha, navicularia, rarius subelliptica, utrinque obtu-

*) Jam monui nomen *Rhaphidospora*, Fr. et Mont. (1849) quo multi utuntur, servari non posse (Michelia I. 603, nota); sed nec *Raphidophora* nomen ad hoc genus designandum dici potest, ut maluerant Ces. et DNtrs, *Schema Sferiac.* p. 233 (1861) quia extet homonymon genus inter Araceas, jam conditum anno 1844 ab J. C. Hasskarl et a recentioribus plene confirmatum (Vide Engl. *Arac.* 1879 pag. 238). Restat ergo nomen *Ophiobolus* jam propositum a Doct. Riess anno 1853 (Hedw. 1853, N. 6 pag. 27) et omnino aptum.

siuscula, 1-guttulata, fusco-fuliginea (7–10 = 4–5). In trunco carioso putrescente Abietis in sylva alpina *Cansiglio,* Aug. 1879.

67. **Hypoxylon udum** (Pers.) Fr., Rehm, Ascom. n. 78, Thüm. M. U. n. 1265. — In ligno putri fagineo in sylva *Cansiglio.* — Asci cylindrici 150 = 15, stipitati, paraphysati, octospori; sporidia oblique monosticha, ovato-oblonga, 25–28 = 9–11, guttulata, fuliginea, utrinque obtusiuscula.

68. **Valsa** (Leucostoma) **nivea** (Hoffm.) Fr. ***tetraspora**: ascis fusoideis 40 = 6–7; sporidiis quaternis distichis, 15–17 = $2^1/_2$, allantoideis, hyalinis. — In ramulis Populi canescentis in montanis *di Feltre,* æstate 1880 (A. Rossi).

69. **Calosphæria Wahlenbergii** (Desm.) Nitschke. f. *Pseudoplatani.* In ramulis corticatis Aceris Pseudoplatani, *Belluno,* aut. 1879 (Spegazzini). — Asci clavulati, deorsum acuti, 40–45 = 6; sporidia disticha, octona, allantoidea, 6–7 = $1^1/_2$, hyalina.

70. **Coronophora gregaria** (Lib.) Fuck. Symb. 229, t. VI. fig. 16. *Sphæria gregaria* Lib., nec *Coronophora gregaria* Sacc. F. V. Ser. IV. pag. 21, quam prout novam sub *Calosphæriæ tædiosæ* nomine proposui in Mich. I. 368. — In ramis corticatis Tiliæ americanæ in Horto botanico Patavino, Jan. 1881. — Asci ovato-limoniiformes, h. e. sub apice contracti obtuseque rotundati, p. s. 38–40 = 20, stipite bacillari, 60–80 = 3–4. Sporidia permulta conglobata, botuliformia, 8 = $1^1/_2$–$1^3/_4$, 2-guttulata, hyalina.

71. **Lasiosphæria Montis-Caballi** Speg. Nov. Add. n. 82. — Perithecia minuta (200–250) globoso-ovoidea, contextu densissime et indistincte parenchymatico, carnosulo, sub-nectriaceo flavo-rufescente, circa ostiolum sub-carbonacea, atra, primo lanugine candida cito diffluente tecta, dein subnuda, basi tantum hyphis dilute melleis vel hyalinis ornata. Asci cylindraceo-fusiformes, apice rotundato truncati, basi in stipitem brevissimum desinentes, paraphysibus crassis, hyalinis, articulatis obvallati, octospori (140–150 = 8); sporidia cy-

lindracea, utrinque obtusa, di–tristicha, hyalina, quandoque in parte superiore obtuse angulatim curvata, mutica, triguttulata (40–45 = 4). — In fragmentis ligneis tuguriorum pastorum in pascuis alpinis *Pallantina* (M. Cavallo, 2200 Mtr. altit.) 22 Aug. 1879.

72. **Physalospora gregaria** Sacc. ***foliorum**: peritheciis minoribus, innato—protuberantibus, epidermide subvelatis; ascis clavatis, 85–90 = 15; sporidiis distichis, ovato-oblongis, 20 = 7-8, granulosis hyalinis. — In foliis Taxi baccatæ dejectis, *Padova,* Dec. 1880.

73. **Anthostomella punctulata** (Rob. & Desm.) Sacc. *Sphæria punctulata* Rob. & Desm. Not. XIX. 19 et Niessl. Beitr. p. 59. ***A. minima.** A typo recedit sporidiis multo minoribus. Asci cylindrici breve stipitati, 45–55 = 4–5, octospori paraphysati; sporidia monosticha ovato—oblonga, inæquilateralia 4–5 = $2^1/_2$ (nec 10 micr. longa ut habet Desm.), fuligineo—olivacea, minute 2–guttulata. — Perithecia gregaria minuta, globulosa, 80–90 micr. d. epidermide punctiformi-nigrificata tecta.

74. **Enchnoa lanata** (Fr.) Fuck. Speg. Nov. Add. n. 86. — In ramis emortuis Betulæ pendulæ prope *Belluno,* in alveo Plavis, sed specimina immatura.

75. **Schizostoma Bellunense** Speg. Nov. Add. n. 89. — Perithecia minuta, globosa, matrici late carbonaceo–nigrificata totaliter immersa, ostiolo compresso acutiusculo, tantum exerto, $^1/_5$ vel $^1/_6$ mill.; asci clavati, breve stipitati, apice crassiuscule tunicati, paraphysibus longioribus creberrimis obvallati, octospori (150–160 = 30–35); sporidia disticha vel oblique monosticha, ellipticolimoniiformia, medio uniseptato—constricta, læte fuliginea, apicibus subhyalinis granuloso—farcta (30–40 = 10–15). — Ad culmos dejectos putrescentes *Molinieæ cæruleæ,* Belluno Oct. 1879.

76. **Lophiotrema Hederæ** Fuck. In ramis induratis Hederæ Helicis *a Conegliano.* — Sporidia biconica, 22 = 5–6, 4–guttata, constricto–1–septata, hyalina.

77. **Nectria punicea** (Kunze & Schm.) Fr. Summa 387. — In ramis emortuis Juglandis regiæ *Patavii,* Nov. 1880 (Berlese). — Etsi nutrix non consueta,

species non vel vix differt. Perithecia acervulata, punicea, denique cupulata; asci cylindrici; sporidia monosticha, oblongo–didyma, 15–20 = 5, hyalina.

78. **Nectria congesta** Sacc. Peritheciis dense et late gregariis congestisque, minutissimis, vix $^1/_8$ mill. d., globulosis, pallide carneis levibus, glabris, ostiolo minuto, impresso, contextu parenchymatico, tenui, roseo; ascis cylindraceis, mox fluxilibus, 70–80 = 5, aparaphysatis, octosporis; sporidiis oblique monostichis, oblongo–didymis, 8–10 = 4–4$^1/_2$, constricto–1–septatis, utrinque rotundatis, granulosis, hyalinis, initio strato hyalino obvolutis. — In rhizomate emortuo Hedychii coronarii in Horto Patavino. — Affinis videtur *N. bactridioidi* B. & Br. Fungi of Ceyl. n. 1010, quæ tamen ibi nimis imperfecte describitur: color enim peritheciorum et asci indescripti sunt.

79. **Nectriella Versoniana** Sacc. & Penz. Peritheciis dense et late gregariis, subsuperficialibus, e globoso depressis $^1/_4$ mill. d., dein collabescendo profunde cupulatis, rufo–puniceis, dein obscurioribus, ostiolo minute papillato; contextu tenui parenchymatico rufo–olivaceo; ascis fusoideis, sessilibus, 55–60 = 8–10, utrinque obtusiusculis, apice 2–foveolatis, aparaphysatis, octosporis; sporidiis distichis ovato–oblongis, 14–16 = 6–7$^1/_2$, granulosis, hyalinis. — In fructibus immaturis dejectis et putrescentibus Puncæ Granati in viridario Verson *a Torreglia* (*Euganei*) Nov. 1880, socia *Phoma Versoniana,* quæ uti Nectriellæ spermogonium habenda est.

80. **Sphærostilbe coccophila** Tul., Sacc. Mich. I. 299. In cortice Lauri nobilis *a Padova,* Dec. 1880. Specimina immatura sed quoad speciem non dubia.

81. **Hysterium** (Gloniopsis) **perexiguum** Speg. Nov. Add. n. 93. — Perithecia linearia (long. $^1/_2$–1 $^1/_2$, lat. $^1/_8$–$^1/_{10}$ mill.), membranaceo–carbonacea, rima longitudinali labiis acute adnatis vix perspicuâ percursa, subsuperficialia, atra; asci saccato–clavati, brevissime et crassiuscule stipitati, apice crasse tunicati, paraphysibus filiformibus apice recto et clavato obvallati, octospori (35 = 10); sporidia disticha vel tristicha elliptico–

ovoidea 3-septata, loculo secundo superiore tumidiore, hyalina, granuloso-farcta, pluriguttulata (8–9 = 4). Ad caules dejectos putrescentes Angelicæ sylvestris in alpinis *Cadubriæ*, Sept. 1879.

82. **Dichæna quercina** (Pers.) Fr. In truncis ramisque levi—corticatis quercinis *Selva, Vittorio.* — Asci cito diffluentes, oligospori(?); sporidia disticha, oblongo-ovoidea, 20–25 = 9, diu granulosa, continua, tandem tenuiter 3-septata, hyalina.

83. **Acrospermum compressum** Tode *A. **rhomboidale** Fuck., Speg. Nov. Add. n. 93bis — In caule Pteridis aquilinæ in *M. Marmolade,* Sept. 1879.

84. **Ostropa cinerea** (Pers.) Fr. — In ramis decorticatis Fraxini Orni *in Cadore* (Spegazzini). — Asci cylindrici, subsessiles, 180–200 = 10, octospori; sporidia filiformia, 150 = 1½, crebre septulata, hyalina. — Formam majorem *Robergeæ unicæ* Desm. (Michelia I. 252) legit in ramis decorticatis C. Spegazzini: peritheciis usque 2–3 mill. longis; ascis cylindricis tortuosis 600 = 10; sporidiis filiformibus 400 = 2, crebre guttulatis, hyalinis.

Discomyceteæ

85. **Peziza** (Geoscypha) **exidiiformis** B. & Br., Cooke Mycogr. fig. 60. — In terra et frustulis putridis *a Conegliano* (Spegazzini). — Asci cylindrici 190 = 12, apice subtruncati, paraphysibus filiformibus subvirescentibus obvallati, octospori; sporidia monosticha, ellipsoidea 17–19 = 8–10, nubilosa, hyalina, levia. *Pez. macrospora* Wallr. sec. descript. Fuck. & Cooke affinis est, sed differt ascomatibus ascisque crassioribus.

86. **Peziza** (Scutellinia) **umbrata** Fr., Cooke Myc. fig. 137 pag. 76. — In terra arenosa, uda *a Conegliano* (Spegazzini). — A *P. scutellata* L. affini differt præcipue ascomatibus minoribus, ascis sporidiisque minoribus; asci enim sunt p. p. 120 = 15; sporidia ellipsoidea 15–16 = 8, levia, hyalina.

87. **Peziza** (Sepultaria) **fissilis** Sacc. & Cooke. Asco-

matibus hemisphærico-cupularibus, sessilibus, semi-infossis, diam. 5-8 mill., disco levi sordide roseis, extus fusco-tomentosis, margine denique laciniatis; setulis deorsum incrassatis, 120-130 = 14-15, septatis, ochraceo-fuligineis; ascis cylindricis, breve stipitatis, apice rotundatis 130 = 15-16, p. s. 90—100 longa, paraphysibus filiformibus vix clavulatis obvallatis, octosporis; sporidiis ellipsoideis, 13-15 = 9-11, levibus hyalinis. — In ollis in Horto Patavino, Apr. 1880 (Bizzozero). — Affinis *Pez. Geasteri* B. & Br., *Pez. tenui* Fuck. et *P. arenosæ* Fuck. sed multo minor, sporidiis minoribus, disco rubello setisque simplicibus.

88. **Peziza** (Pustularia) **funerata** Cooke Myc. fig. 380. Speg. Nov. Add. n. 98. — Ad terram sabulosam in alveo *Plavis,* sept. 1878. Specimina etsi typo paulo minora atque disco carneo-colorato nec fuligineo donata, tamen ceteris notis satis convenire videntur.

89. **Peziza** (Acetabula) **Calyx** Sacc. ***minor**: brevius stipitata intusque multo obscurior. — *Saonara* in hortis, Apr. 1880.

90. **Ascophanus cinnabarinus** Speg. Nov. Add. n. 101. — Ascomata primo cylindraceo-conica melleo-fulva, dein cupuliformia vividissime cinnabarina, disco saturiore ($^1/_4$-$^1/_5$ mill. diam.) asci cylindracei longissime pedicellati, octospori (150 = 8-9), paraphysibus apice crasse clavatis (crass. 10 micr.), atque intense rubro-fuligineis, iodi ope opace cœrulescentibus obvallati; sporidia monosticha, hyalina, elliptica, eguttulata (10-12 = 5). — In fimo vaccino in alpinis *Cadubriæ,* ubi etsi minutus ob vividitatem coloris facillime detegitur, socio *Asc. Holmskioldii* E. C. Hans. quem cl. Spegazzini nondum vidit fasciculum setarum gerentem, etsi aliis characteribus perfecte conveniat.

91. **Ascobolus furfuraceus** Pers. var. **nudus** Kickx. In stercore vaccino *a Conegliano.* — Sporidia immatura, ut notum est, hyalina et levia sunt, sed (curiosum!) si hydrate Kalico tractentur exosporium miro modo transverse crebre striolatum fit indeque paullatim ab endosporio [quod immutatum manet] solvitur, infla-

tur atque leve fit, integrum manens sed duplo et ultra majus quam ab initio.

92. **Calloria epipora** (Nyl.) Speg., Nov. Add. n. 103. *Orbilia epipora* Karst. Myc. Fenn. I. — Ad hymenium Polypori squamosi in sylva *Cansiglio,* aut. 1879. — Asci clavulati 20–25 = 3; sporidia disticha, cylindracea, 7 = $^3/_4$, hyalina.

93. **Calloria fusarioides** (Berk.) Tul. Speg. Dec. Myc. n. 26 et Nov. Add. n. 102. — In caulibus emortuis Urticæ dioicæ in insula *Lido di Venezia,* Mart. 1879 (Spegazzini).

94. **Pirottæa gallica** Sacc. Mich. II. 82. — In caulibus Aconiti Lycoctoni in *M. Grappa* (*Bassano*), Aug. 1880 (A. Rossi). — Asci clavato–teretes 50 = 7–8; sporidia cylindraceo–fusoidea, 7–8 = $1^1/_2$, hyalina.

95. **Pyrenopeziza aborigena** Speg. Nov. Add. n. 119. — Ascomata minuta (120–150 micr. diam.), sparsa, superficialia, conico–cupuliformia, extus atra, disco glauco–cinereo subatro; contextu obsolete celluloso marginem versus prosenchymatico–radiante; asci cylindraceo-clavati, deorsum in pedicellum brevem attenuati, apice acutiuscule truncato–rotundati, crassiuscule tunicati, octospori (40–45 = 4–5), apice iodi ope obsolete cœrulescentes, paraphysibus filiformibus obvallati; sporidia disticha, cylindracea, utrinque obtuse acuminata, non vel 1–2–guttulata, hyalina (5–8 = 2–2 $^1/_2$). — In ramis decorticatis putrescentibus *Rhamni Frangulæ* in montanis prope *Pieve di Cadore,* Sept. 1879.

96. **Pyrenopeziza laricina** Rehm, Ascom. n. 511, Speg. Nov. Add. n. 119bis pag. 71. — Ad ramulos dejectos emortuos Abietis in sylva *Cansiglio,* Aug. 1879.

97. **Pyrenopeziza stictoidea** Sacc. Ascomatibus seriatim gregariis, innatis epidermide diu velatis, tandem semierumpentibus, urceolato–depressis, nigricantibus, $^1/_5$–$^1/_4$ mill. d., margine involutis disco exiguo pallidiore; ascis fusoideis v. obclavatis, subsessilibus, 35–38 = 6, sursum acutatis, paraphysibus filiformibus apice curvulis obvallatis, octosporis; sporidiis distichis tereti–fusoi-

deis, 8–10 = $1^1/_2$–$1^3/_4$, rectiusculis, 3-guttulatis, hyalinis. — In foliis emortuis Hierochloes v. affinis graminis in *M. Sol* (*Bassano*) Julio 1880 (A. Rossi). — Fungillis pluribus cognata species, nempe *Stictidi exiguæ* Desm., *St. obvelatæ* (Lacr.) DNtrs, *Trochilæ pusillæ* (Lib.) Speg., quæ revera aptius Pyrenopezizæ generi adscribendæ videntur.

98. **Cenangium laricinum** Fuck. Symb. 270. — In ramis Laricis europææ languidis, in *M. Grappa* (*Bassano*), Julio 1880 (A. Rossi). — Est status imperfectus; spermatiis (paraphysibus?) filiformi-curvatis 70–75 = 1, hyalinis, dense fasciculatis et e basi proligera fulvescente oriundis.

99. **Cenangium populinum** Fuck. Symb. 268. — In ramis corticatis Populi tremulæ emortuis *a Fiumicello* (*prov. di Padova*), Oct. 1880 (Berlese). — Asci tereti-clavati, apice rotundati, 130 = 17, paraphysibus filiformibus obvallati, myriospori; sporidia spermatioidea, tereti-clavulata, subcurva, 4 = 1, hyalina.

100. **Tapesia minutissima** Fuck. Symb. I. Nachtr. p. 48. — In ligno Mali putri *a Selva,* Oct. 1880. — Ascomata punctiformia, 120–150 micr. d., nigricantia intus pallidiora, setulis fuscis præcipue basi vestita; asci clavulati, 60–70 = 12–14, paraphysati, octospori; sporidia disticha, oblongo-ovata, utrinque rotundata, 10–12 = 4, 2-guttata, hyalina. Secundum Fuck. asci et sporidia paulo breviora essent.

101. **Helotium subcarneum** (Schum.) Sacc. *Peziza subcarnea* Schum. in Flor. dan. vol. XII. t. 2084 fig. 1., *Helotium carneum* Fr. Summa 356? — In fragmentis ligneis et strobilis Pinorum dejectis in Horto Patavino, Dec. 1880 (Bizzozero). — Gregarium, pusillum obconico-sessile, totum sordide rubrum, concaviusculum, udum $^1/_2$–1 mill. diam., in sicco valde contractum. Asci tereti-clavulati, 60 = 6; sporidia octona subdisticha, tereti-fusoidea, curvula, 12 = 3, hyalina (rarius plene evoluta).

102. **Helotium epiphyllum** Fr. *H. **Marchantiæ** (Berk.) Fr. Karst. Myc. Fenn. I. 123, Speg. Nov.

Add. n. 105. — Ad frondes Preissiæ hemisphæricæ, in sylva *Cansiglio,* Aug. 1879.

103. **Helotium procerum** Karst. Myc. Fenn., I. 130, Speg. Nov. Add. n. 107. — Ad folia emortua Sphagni acutifolii in sylva *Cansiglio.*

104. **Helotium robustius** Karst. Myc. Fenn. I. 108, Speg. Nov. Add. n. 108. — In anthodii putrescentis parte inferiore Carlinæ acaulis in pratis sylvæ *Cansiglio,* Aug. 1879.

105. **Stictis Luzulæ** Lib. Fuck. Symb. p. 250, Speg. Nov. Add. n. 116. — Ad folia Luzulæ Forsteri emortua in sylva *Cansiglio,* Aug. 1879.

106. **Stictis anaxæa** Speg. Nov. Add. n. 117. — Ascomata parvula ($^1/_3$–$^1/_4$ mill. diam.) maculis albicantibus insidentia, sparsa, vel laxissime gregaria, parenchymati immersa, epidermide tecta, dein erumpentia eaque fissa cincta, patelliformia vel suburceolata, labiis crassiusculis, siccitate intus revolutis, extus grisea disco olivaceo-fuligineo; asci cylindracei, brevissime pedicellati, apice crassiuscule tunicati, octospori (80–90 = 8–9), paraphysibus crassiusculis, guttulatis, apice subramuloso, coalescentibus mucosis atque fuligineis obvallati; sporidia filiformia, primo pluriguttulata, dein pluriseptata, hyalina (70 = 2). Asci et paraphyses iodo haud cœrulescentes. — Ad folia dejecta putrescentia Vaccinii Oxycocci in alpinis *Cadubriæ,* Sept. 1879.

107. **Trochila perexigua** Speg. Nov. Add. n. 118. — Ascomata sparsa, minutissima (100 micr. diam.), primo globosa, tecta dein erumpentia, subpatellaria, sessilia, siccitate labiis intus revolutis, extus atro-olivacea, disco dilutiore; asci clavati, deorsum in stipitem brevem producti, apice acutiuscule rotundati, octospori (80 = 15), paraphysibus filiformibus, apice clavulatis atque subuncinatis obvallati; sporidia disticha, elliptica vel ovoidea utrinque obtuse rutundata, non vel 1–2-guttulata, hyalina (14 = 7). Ascorum apex iodi ope dilute cœrulescit. — Ad folia dejecta, putrescentia Hippophaëos rhamnoidis in alveo *del Cordevole* (*Cadore*), Sept. 1879.

108. **Heterosphæria Patella** (Tode) Fr. In caulibus putridis Myrrhidis odoratæ in *M. Grappa* (A. Rossi). — Ascomata ascigera: asci teretes, breve stipitati, paraphysati, 75–80 = 7–8, octospori, apice, tunica integra, rotundati; sporidia disticha ellipsoideo-oblonga utrinque rotundata, 10–11 = $4^1/_2$–5, granulosa, hyalina.

109. **Phacidium abietinum** Kunze & Schm., Fuck. Symb. 226, Speg. Nova Add. n. 120. — In foliis dejectis Abietis excelsæ in sylva *Cansiglio,* Aug. 1879.

110. **Coccomyces Rubi** (Fr.) Karst. Myc. Fenn. I. 258, Speg. Nov. Add. n. 123. — In sarmentis putrescentibus Rubi Idæi in sylva *Cansiglio,* Aug. 1879.

Myxomyceteæ

111. **Tubulina speciosa** Speg. Nov. Add. n. 123. — Sporangia dense gregaria fasciculata, fasciculos subcirculares (1–2 cent. long. et lat.; 1–1 $^1/_2$ mill. alt.) efficientia, hypothallo convexiusculo insidentia, cylindracea apice rotundata atque irregulariter dehiscentia, primo carnea dein cinnabarina, micantia. Sporæ verrucosæ, ferrugineo-ochraceæ, depressæ, siccæ lentem concavo-convexam marginibus crassiuscule rotundatis perfecte referentes. — Ad ligna mucida Pini sylvestris in sylva alpina *Cansiglio,* Aug. 1879; eodem anno abunde *a Conegliano Physarum compressum* A. S. et in sylva *Cajada* et *Cansiglio Lycogala epidendron* legit amic. Spegazzini.

112. **Lamproderma nigrescens** Sacc. An *L. violaceum* (Schum.) Rost. v. *nigrescens* Rost. in Fuck. Symb. Nachtr. II. pag. 70 (nomen). Late gregarium, totum nigricans; peridiis perfecte sphæricis, non umbilicatis, $^1/_4$ mill. diam., initio lutescentibus dein opace nigris levibus persistentibus, erectis, stipitibus, filiformibus, $^1/_2$ mill. altis 40 micr. crassis, atris, hypothallis (ubi manifestis) discretis, minutis, rufescentibus; columella tereti ad medium peridium evanescente, apice obtusiuscula

floccis ab hoc apice radiatim exeuntibus, dichotome ramosis, filiformibus, fuligineis; sporis globulosis, 9–10 micr. d. pallide violaceo-fuligineis, minutissime echinulatis. — In foliis dejectis Buxi, Robiniæ, Pinorum, frustulis ligneis coacervatis etc. *a Selva,* Aug. 1880. — A *Lampr. physaroide* statura sporisque minoribus, a *Lampr. violacea* peridio sphærico, atro etc. diversa.

113. **Tilmadoche viridis** (Gmel.) Sacc. *Stemonitis viridis* Gmel. (1791) *Tilmadoche mutabilis* Rost. & Cook. Brit. Myxom. p. 130 fig. 123–127, 132. — Flocci hyalini varie ramosi, in ganglia globulosa v. oblonga majuscula flavida punctulata hinc inde dilatati; sporæ globosæ, leves, 8 micr. d. fulgineæ. — In truncis dejectis quercinis in sylva *Montello,* Aug. 1880.

Sphæropsideæ.

114. **Ceuthospora Lauri** Grev. In foliis emortuis Lauri nobilis *a Selva,* Aug. 1874. — Spermatia in basidiis ramulosis acrogena, botuliformia, 4–5 = 1–1½, hyalina. Forma ramulicola (Vize F. B. n. 104) paullulum recedit peritheciis spermatiisque paulo majoribus (5–6 = 1½).

115. **Cytispora** (Cytisporina) **juglandicola** Sacc. Conceptaculis atris subcutaneis epidermide tumidula, denique fissa tectis, plurilocularibus, nucleis roseo—flavis; spermatiis filiformi—hamatis 20 = ¾, copiosissimis in cirrhos dilute flavos elongatos tortos denique protrusis, sterigmatibus filiformibus ramosis simplicibusve, 30–50 micr. longis suffultis. — In ramis corticatis Juglandis regiæ, *Padova,* Martio 1875. — Fructificatio *Libertellæ,* sed perithecia adsunt. Cytisporina se habet præ Cytispora ut Libertella præ Næmaspora (Cfr. Sacc. Gen. fung. inf. n. 59 et 60).

116. **Cytispora** (Eutypa) **ludibunda** Sacc. M. V. n. 940, Michelia I. 519. — Conceptaculis subcutaneis variis nigro-cinctis, pluricellularibus, aureo-farctis; spermatiis filiformi-hamatis 25 = 1, hyalinis, basidiis acicularibus

simpliciter verticillatis 15–20 = 2 hyalinis suffultis, in cirrhos flavo–roseos protrusis. — In ramis Robiniæ etc. *a Selva, Padova,* autumno.

117. **Cytispora juglandina** Sacc. Conceptaculis atris, subcutaneis, epidermide quandoque fissa tectis, pluriloculoribus; spermatiis cylindraceis, rectiusculis, 6–7 = 1, basidiis filiformibus 10–15 = 1 suffultis; cirrhis..... non visis. — In cortice ramorum Juglandis regiæ *a Padova,* Julio 1874. — Probe diversa a *Cyt. Juglandis* Rabh.

118. **Cytispora aspera** Wallr. Fl. crypt. 751(?). — In ramis corticatis Fagi sylvaticæ in sylva *Cansiglio,* Oct. 1874. — Conceptacula subcutanea, corticem nonnihil elevantia, vix perforantia, subcircularia, pluriloculoria, nigra; spermatia cylindracea leniter curva, 18–20 = $1^1/_2$, hyalina quandoque 1–2–guttulata, basidiis brevibus, teretibus fasciculatis suffulta. Cirrhos non vidi. *Diatrypes disciformis* aut *Diatrypellæ asperæ* probabile spermogonium.

119. **Cytispora Pinastri** (DC.) Fr., Kickx. Flandr. I. 446. — In foliis Abietis pectinatæ in sylva *Cansiglio* et in montanis Bassanensibus, aut. 1880 (Spegazzini & A. Rossi). — Conceptacula innato–erumpentia, conica, pluriloculoria; spermatiis allantoideis 5 = $1^1/_4$, hyalinis, basidiis fasciculatis, acicularibus, 20–25 = 1 suffultis.

120. **Cytispora foliicola** L. f. *Evonymi Japonici.* In ejusdem foliis *a Selva,* Sept. 1875. — Spermatia botuliformia 7 = 1 hyalina, basidiis filiformibus, fasciculatis æquilongis fulta.

121. **Cytispora** (Valsa) **nivea** (Hoffm.) non *Cytisp. nivea* Fuck. & Sacc. In ramis Populi nigræ et P. angulatæ *a Selva* et *Padova.* — Spermatia botuliformia, 6–$6^1/_2$ = $1^1/_2$–2, hyalina.

122. **Cytispora** (Valsa) **leucostoma** (Pers.), *C. nivea* Fuck., Sacc. M. V. n. 763. — In ramis Pruni Padi, Cerasi et domesticæ, *Selva, Padova.* — Spermatia botuliformia 5 = 1, hyalina basidiis filiformibus 12 = 1 suffulta.

123. **Cytispora** (Eutypella) **Ailanthi** Sacc. M. V. n. 737. Conceptaculis plurilocularibus, nigris, stromate ligneo nigro-limitato insidentibus corticeque obvelatis; spermatiis filiformi-curvatis, 15 = $^1/_2$, hyalinis, demum in cirrhos aureos capillares intricatos protrusis. — In ramis Ailanthi *a Selva, Padova.*

124. **Cytispora** (Valsa) **ceratophora** (Tul.) Sacc. Michel. I. 519. Conceptaculis depresso-conicis, subcutaneo-erumpentibus, plurilocularibus, olivatro-farctis; spermatiis botuliformibus, 4–5 = 1, hyalinis basidiis simplicibus vel verticillato-ramosis, acicularibus, 20–50 altis, suffultis. — In ramis corticatis quercinis *a Selva, Padova,* frequentissime.

125. **Cytispora** (Valsa) **Curreyi** (Nitschke). Conceptaculis depresso-conicis, subcutaneis, plurilocularibus, fusco-olivaceis; spermatiis allantoideis minutissimis, 5 = $^1/_2$, hyalinis. — In ramis Abietis, *Cadore.*

126. **Cytispora asterophora** Sacc. Conceptaculis conico-depressis, minutis, innato-erumpentibus, 4–5-locularibus, nucleis pallidis; spermatiis allantoideis $3^1/_2$–4 = 1, hyalinis, basidiis obclavulatis, 20 = 2, fasciculatis, inque glomerulos eximie stellatos diu consistentibus suffultis. — In ramis corticatis Pruni domesticæ, *Padova,* Majo 1876 — forma **Deutziæ scabræ**: spermatiis 3 = 1, basidiis verticillato-ramosis 25–30 = 1. — In ejusdem ramis, *Padova.*

127. **Cytispora epileuca** Sacc. Conceptaculis globoso-depresssis, initio epidermide velatis, dein suberumpentibus, disco complanato, albo-furfurello, 2–4-locularibus; spermatiis allantoideis, 9–11 = $1^1/_2$–$1^3/_4$ utrinque obtusiusculis, curvatis, nubilosis hyalinis, basidiis fasciculatis, simplicibus, filiformibus, 25–30 = 1, e basi prolifera flavicante oriundis suffultis. — In ramis corticatis Rhamni catharticæ, *Selva,* Martio 1875.

128. **Diplodia Chimonanthi** Sacc. Peritheciis gregariis, globulosis, papillatis, atris, subcutaneis dein erumpentibus; contextu parenchymatico fuligineo; stylosporis constricto-didymis, 18 = 8, fuligineis breve stipitatis. — In ramis Chimonanthi præcocis, *a Selva.*

129. **Diplodia hypericina** Sacc. Peritheciis sparsis, epidermide tectis, et quandoque ligno semi-infossis, globuloso-depressis, obtuse papillatis, contextu distincte parenchymatico, nucleo initio albo-farcto; stylosporis ellipsoideis 20–25 = 15, stipitellatis, diu hyalinis, dein fuligineis, tenuiter 1-septatis. — In caulibus Hyperici calycini *a Selva,* Sept. 1873.

130. **Diplodia Androsæmi** Sacc. Peritheciis sparsis epidermide tectis, dein erumpentibus, globosis, conoideo-papillatis, aterrimis; stylosporis oblongis 20 = 8–9, constricto-didymis, aterrimis. — In caule Androsæmi officinalis in sylva *Montello,* Oct. 1874.

131. **Diplodia Marsdeniæ** Thüm. In caulibus Marsdeniæ erectæ in Horto Patavino, Jan. 1874.

132. **Diplodia Ligustri** West. In ramis Ligustri vulgaris *a Vittorio,* Oct. 1873. — Perithecia gregaria, initio albo-nucleata; stylosporæ oblongo-ellipsoideæ, 28 = 8, leniter constrictæ 1-septatæ fuligineæ, stipitellatæ.

133. **Diplodia buxella** Sacc. Peritheciis gregariis subcutaneis, sed tandem cortice delapso, superficialibus, minutis, globuloso-conoideis, atro-nitidulis (Melanommatis facie); stylosporis oblongis, 18 = 7–8, 1-septatis, lenissime constrictis, pallide fuligineis. — In ramis Buxi sempervirentis *a Selva,* Aprili 1875. — A *Dipl. Buxi* Fr. et *Dipl. buxicola* Sacc. peritheciis stylosporisque minoribus etc. diversa.

134. **Diplodia Carpini** Sacc. Peritheciis dense gregariis epidermide velatis, vel hinc inde aggregatis erumpentibusque, globosis, atris, obtuse papillatis (interdum, epidermide secedente, dimidiatis); stylosporis oblongo-ovoideis, leniter constrictis, 1-septatis, 20 = 9–11, fuligineis. — In ramis Carpini Betuli, *Padova, Selva,* socia *Cucurbitaria Carpini* Sacc., cujus est pycnidium. Cfr. Sacc. Myc. Ven. Spec. 119.

135. **Diplodia faginea** Fr. In ramis corticatis Fagi sylvaticæ in sylva *Montello,* Apr. 1873. — Stylosporæ ellipsoideæ, 24 = 12, leniter constrictæ, fuligineæ.

136. **Diplodia Persicæ** Sacc. Peritheciis gregariis subcutaneo-erumpentibus, globulosis, papillatis, artis, contextu parenchymatico fuligineo; stylosporis oblongis, 18–20 = 8, didymis, leniter constrictis, denique fuligineis. — In ramis Persicæ vulgaris *a Conegliano,* Junio 1876.

137. **Diplodia graminea** Sacc. Peritheciis minutis, globoso-conoideis, erumpentibus, sæpe 2–4 seriatim connatis, nigris; stylosporis oblongis, 15–16 = 5–7, constricto-didymis, loculis quandoque secedentibus, hyalinis. — In culmis Cynodontis Dactyli *a Padova,* Apr., Majo 1875.

138. **Diplodia Opuntiæ.** Sacc. Peritheciis sparsis epidermide tumida et nigricante velatis, erumpentibusve, globulosis, obtuse papillatis; stylosporis oblongis 20–22 = 10–11, leniter constrictis, atrofuligineis (initio hyalinis, guttulatis, stipitellatis). — In cladodiis Opuntiæ nanæ in collibus Euganeis, *Montegrotto* etc. Apr. 1876.

139. **Diplodia petiolorum** Sacc. Peritheciis minutis globoso-lenticularibus, epidermide tectis v. erumpentibus, obtuse papillatis, atris; stylosporis ovato-oblongis, 20–25 = 12–15, diu continuis, tandem 1-septatis, vix constrictis, fuligineis. — In petiolis foliorum Aceris Pseudoplatani, *Selva,* Oct. 1875.

140. **Diplodia Eriobotryæ** Sacc. Peritheciis erumpentibus, globosis, majusculis, conico-papillatis, aterrimis; stylosporis oblongis, 20 = 8, constricto-1-septatis, fuligineis. — In nervis foliorum Eriobotryæ japonicæ, *Conegliano,* Martio 1876.

141. **Diplodia dryadea** Sacc. Peritheciis minutis erumpenti-superficialibus e globoso conicis, acutiusculis, atris; stylosporis oblongis, 22 = 12, diu continuis, fuligineis, basidiis duplo longioribus quandoque ramulosis suffultis. — In pagina inferiore foliorum putrescentium Quercus pedunculatæ, in sylva *Montello,* Aug. 1875.

142. **Diplodia Ischæmi** Pass. In culmis Andropogonis Ischæmi, *a Padova,* Nov. 1875. Stylosporæ diu continuæ, 25 = 10–11, hyalinæ, dein fuligineæ.

143. **Diplodia Juniperi** West. In ramis corticatis Ju-

niperi communis *a Vittorio,* Oct. 1875. — Stylosporæ oblongæ 18–20 = 8–10, 1–septatæ, non constrictæ, fuscæ.

144. **Diplodia Thujæ** West. In ramis corticatis Thujæ orientalis *a Selva.* — Perithecia gregaria v. subaggregata; stylosporæ ovato–oblongæ 20–25 = 10, fuligineæ.

145. **Diplodia acicola** Sacc. Peritheciis gregariis innato–erumpentibus, globosis, ostiolo–conoideo, aterrimis; stylosporis stipitellatis ellipsoideis, 22 = 10–12, diu continuis hyalinis denique fuligineis. — In foliis Pini sylvestris in Horto Patavino, Dec. 1880. — *Diplodia conigena* Desm. differt stylosporis multo majoribus, nempe 28–32 = 14–14; *Diplodia sapinea* Fr. peritheciis sæpius cæspitoso–erumpentibus, stylosporis 24–26 = 12, leniter constrictis; *Diplodia pinea* (Desm.) Kickx stylosporis multo majoribus, nempe 37 = 17.

146. **Diplodia hirtella** Sacc. Peritheciis sparsis, erumpenti–subsuperficialibus, globoso–papillatis, aterrimis, setulosis; stylosporis oblongo–ellipsoideis, 25–28 = 12–14, diu hyalinis, stipitellatis, medio subconstrictis. — In foliis Pittospori Tobiræ in Horto Patavino, Dec. 1880.

147. **Diplodia sambucina** Sacc. Peritheciis gregariis subepidermicis, tandem erumpentibus et superficialibus, minutis, subglobosis, papillatis, aterrimis; stylosporis ovato–oblongis, 18 = 11, leniter constrictis, fuligineis. — In ramulis hornotinis Sambuci nigræ, *Selva,* Augusti 1875.

148. **Diplodia Mahoniæ** Sacc. M. V. n. 1402. Peritheciis plerumque epiphyllis, globoso–depressis, $^1/_4$ mill. d., gregariis, innato–erumpentibus, nigris; stylosporis, hyalino–stipitatis, ellipsoideo–oblongis, 22 = 12–14, diu continuis, dein 1–septatis vix constrictis, fuligineis. — In foliis Mahoniæ Aquifolii languidis in Horto Patavino, Apr. 1878.

149. **Diplodia Sophoræ** Sacc. Peritheciis subcutaneis, epidermide pustulata et infuscata velatis, dein semi–erumpentibus, gregariis vel hinc inde paucis aggrega-

tis, globosis, mediocribus, atris, nucleo primitus albido: stylosporis oblongis, diu hyalinis, 24 × 10, stipitellatis, tandem constricto-didymis 20 × 12, pallide fuligineis. — In ramis Sophoræ japonicæ, *Padova,* Martio 1873.

150. **Diplodia Anonæ** Sacc. Peritheciis tectis dein peridermio fisso semi-erumpentibus, majusculis, in acervulos oblongos aterrimos dense congregatis, globulosis, brevissime papillatis; stylosporis oblongis, diu hyalinis, continuis, guttulatis, dein 1-septatis vix constrictis, 28 × 11-13, olivaceo-fuscis. — In ramis crassioribus Anonæ trilobæ in Horto Patavino, Febr. 1872.

151. **Diplodia Photiniæ** Sacc. Peritheciis tectis denique erumpentibus, minutis, globoso-papillatis, 130 micr. d.; stylosporis ovato-oblongis, 20 × 12, diu continuis, tandem 1-septatis, non constrictis, fuligineo-olivaceis. — In foliis Photiniæ serrulatæ, *Selva,* Aug. 1874.

152. **Diplodia nigricans** Sacc. Peritheciis epidermide tumidula tandem fissa velatis, globulosis, vix papillatis aterrimis; stylosporis initio hyalinis, dein flavis, continuis, stipitellatis, dein 1-septatis, vix constrictis, 20 × 8, olivaceo-fuscis. — In ramulis Cytisi nigricantis in sylva *Montello,* Oct. 1874.

153. **Diplodia Tini** Sacc. Peritheciis subepidermicis, tandem erumpentibus, globoso-conoideis, pusillis, aterrimis; stylosporis ovato-oblongis, 22-12, 1-septatis, non constrictis, fuligineis. — In foliis Viburni Tini, *a Selva,* Aug. 1874, rarius.

154. **Diplodia Cydoniæ** Sacc. (vix Schulz.) Peritheciis erumpentibus, gregariis, quandoque 3-4-aggregatis e globoso depressis, ostiolo papillulato brevissimo, atris; stylosporis ovoideis 20-24 × 11-12, 1-septatis, non vel vix constrictis, fuligineo-olivaceis. — In ramis corticatis Cydoniæ vulgaris, *Selva,* Oct. 1873.

155. **Diplodia myriospora** Sacc. Peritheciis gregariis, v. hinc inde aggregatis, erumpenti-superficialibus, globulosis, papillatis, piceis $^1/_3$-$^1/_2$ mill. d.; contextu parenchymatico atrofuligineo; stylosporis ellipsoideis, minutis, 5-6 × $2^3/_1$-3, 1-septatis, non constrictis, fuligi-

neis, basidiis brevissimis suffultis. — In culmo putri Arundinis Donacis intus et extus, *Padova,* aut. 1880 (Bizzozero).

156. **Diplodia salicella** Sacc. Peritheciis sparsis, epidermide velatis, prominulis, erumpentibusve, globulosis, subpapillatis, aterrimis; stylosporis oblongis, 22–25 × 12, quandoque curvulis, 1–septatis, non vel vix constrictis, aterrimis. — In foliis Salicis vitellinæ putrescentibus, *Selva.* — A *Dipl. salicina* Lév. stylosporis majoribus aterrimis præcipue differt.

157. **Diplodia Cerasorum** Fuck. — In ramis corticatis Cerasi, *Selva.* — Perithecia majuscula sparsa v. subaggregata, atra, intus cava, initio alba, plerumque tecta, rarius erumpentia; stylosporæ nunc continuæ 23 × 10, nunc biloculares vix constrictæ 24–25 × 12, fuligineæ.

158. **Diplodia fibriseda** Sacc. Peritheciis minutis e fibris ligneis erumpentibus, globoso–oblongis, papillulatis, aterrimis; stylosporis diu hyalinis, continuis, guttulatis, tandem 1–septatis, vix constrictis, 20–25 × 12–13, fuligineis. — In ligno denudato Juglandis et Broussonetiæ, *Vittorio,* Nov. 1874, *Padova,* Febr. 1875. — Habitus *Dipl. fibricolæ* Berk., sed stylosporæ diversissimæ.

159. **Diplodia Saccardiana** Speg. Nov. Add. n. 168. — Perithecia globosa, gregaria, sæpius lineariter disposita, primo epidermide tecta, dein libera, minuta ($^1/_8$–$^1/_7$ mill. d.), atra, subcarbonacea, ostiolo parvulo impresso pertusa; stylosporæ ellipticæ, vel ovoideæ, quandoque inæquilaterales, utrinque obtusiusculæ, continuæ, pallide fuligineo–olivaceæ, primo leves dein longitudinaliter 1–striatæ, atque eadem stria dehiscentes (12–14 × 5–6). — In ramulis emortuis dejectis Sarothamni scoparii in alpinis *M. Borgà,* et *M. Salta* (*Cimolais, Cadore, Carnia*), Sept. 1879.

160. **Vermicularia relicina** Fr. Summa 420 (ut opinor). — In caule putri Zeæ Maydis, *Vittorio,* Oct. 1874. — Perithecia sparsa, globoso–depressa, nigra, setis rigidulis atro–fuligineis, obsolete septulatis, 200–300 ×

7–10, quandoque sursum bifidis vestita; spermatia tereti–arcuata, utrinque obtusiuscula, 10 = $1^1/_2$, hyalina, denticulis lateralibus basidiorum bacillarium, 80–90 = $1^1/_2$, hyalinorum hærentia. A generis typo ob fabricam basidiorum alienam non parum recedit.

161. **Vermicularia ambigua** Sacc. Peritheciis (spuriis) laxe gregariis, innato–erumpentibus, globoso–depressis, $^1/_3$ mill. d., atris, epidermide denique rupta cinctis; setulis cuspidatis 90 = 5–6, rigidulis, septatis, atro–fuligineis vestitis, basidiis intra setulas dense fasciculatis cylindricis, obtusiusculis, 50 = 5, septulatis, pallide fuligineis; spermatiis oblongis rectiusculis, 15–16 = 6, deorsum subacutatis, granulosis, hyalinis. — In foliorum partibus arescentibus Cinnamomi dulcis in Horto Patavino, Apr. 1880. — Perithecio imperfecto, spermatiis rectis etc. mox dignoscitur et ad *Chætostroma* nutat.

162. **Colletotrichum Lineola** Corda in Sturm. D. Cr. Fl. t. 21. — In foliis Andropogonis Grylli, *Padova,* Junio 1876. — Setæ nunc seriatæ, nunc in pseudo–conceptaculum congregatæ, cuspidatæ, 60 = 3, fuligineæ, sursum pallidiores; spermatia (conidia?) fusoidea arcuata 25–28 = $3^1/_2$–4, utrinque, præcipue apice, acuta, 3–nucleata, hyalina, ad basim setularum, basidiis brevissimis suffulta, nascentia. Videretur status infans perithecio carens *Vermicularicæ.*

163. **Dothiorella Bérengeriana** Sacc. Perithecia cespitoso–aggregata, vere botryosphæroidea, globoso–applanata, intus alba, ostiolis indistinctis; spermatia cylindracea, utrinque obtusiuscula, recta vel leniter curva, 6 = 1–2 hyalina, basidiis filiformibus fasciculatis suffulta. — In ramis Rhamni Frangulæ et Sophoræ, *Conegliano, Padova,* Aug. 1876.

164. **Phoma fuscidula** Sacc. Peritheciis ligno basi infossis gregariis, globoso–conoideis papillulatis atris; spermatiis oblongis utrinque obtuse rotundatis, 3–4 = $1^1/_2$–2, grosse 2–guttulatis e hyalino flavidulis. — In ramis decorticatis Sambuci nigræ, *Cadore,* æstate 1874. — Forte spermogonium *Melanommatis fusciduli* Sacc.

165. **Phoma glandicola** Desm. *cupulæ: peritheciis globoso–papillatis emergentibus; spermatiis oblongis, 6–8 = $2^1/_2$–3, 2–guttulatis hyalinis; basidiis filiformibus quandoque furcatis triplo longioribus suffultis. — In cupulis Quercus Ilicis, *Padova,* Jan. 1876. — *Coryli putaminis: spermatiis 6 = $2^1/_2$, basidiis 20 = 1 suffultis *Conegliano.*

166. **Phoma Vincetoxici** West. *caulicola et **folliculorum: perithecia gregaria atra, subcutaneo–erumpentia; spermatia, obvato–oblonga, 8 = 3, 2–guttulata, hyalina. — In sylva *Montello,* Aug. 1874.

167. **Phoma** (Diaporthe) **Dulcamaræ** (Nitschke): Peritheciis subcutaneis, gregariis, atris; spermatiis fusoideis, 8–10 = 2, 2–guttulatis, hyalinis basidiis filiformi–hamatis, 25 = $1^1/_2$, suffultis. — In caule Solani Dulcamaræ, *Selva.*

168. **Phoma acicola** (Lév.) Sacc. *Sphæropsis acicola* Lév. in Ann. Scienc. nat. Bot. (1848) *Leptostroma Pinastri* Sacc. Myc. Ven. Spec. 190 Myc. Ven. n. 989, vix Desm. — In foliis deciduis Pini sylvestris, *Selva,* Apr. 1873. — Perithecia erumpentia, globosa, majuscula; spermatia ovato–oblonga, 7 = 4, hyalina.

169. **Phoma Siliquæ** Sacc. Peritheciis gregariis innato–erumpentibus, globoso–conoideis, $^1/_6$ mill. d., nigris; spermatiis minutis, oblongo–ovoideis, 4 = 1, hyalinis. — In siliquis Cheiranthi Cheiri, *Possagno,* Nov. 1880 (A. Rossi).

170. **Phoma** (Phomopsis) **Versoniana** Sacc. Peritheciis dense gregariis, innato–erumpentibus, globulosis, subastomis, rufescentibus, $^1/_8$ mill. d., contextus parenchymatico interne rufescente, externe olivaceo–ochraceo; spermatiis fusoideis, 18–20 = 2–4, hyalinis, basidiis bacillaribus fasciculatis 18–20 = $1^1/_2$ suffultis. — In fructibus immaturi Punicæ Granati dejectis, *Torreglia,* Oct. 1880, socia *Nectriella Versoniana,* cujus certe spermogonium. — *Phomopsis* sistit Phomæ species contextu nectriaceo instructas.

171. **Phoma alpina** Speg. Nov. Add. n. 145. — Perithecia lenticularia, primo epidermide tecta, dein libe-

ra, atra (120–150 micr. d.), ostiolo parum prominulo donata, parenchymatico-membranacea; spermatia elliptica vel elliptico-ovoidea, hyalina (3–5 = 1 $^1/_2$–2). — In scapis dejectis putrescentibus Saxifragæ Aizoon in alpinis *M. Marmolada* (*Cadore*), Sept. 1879.

172. **Phoma inconspicua** Speg. Nov. Add. n. 146. — Perithecia minutissima (100 micr. d.), globoso-lenticularia, subepidermica, ostiolata, prominula, atra, contextu membranaceo-parenchymatico, olivaceo-fuligineo; spermatia minuta, numerosa, hyalina (4–6 = 2–3). — In scapis floralibus emortuis Droseræ rotundifoliæ in sphagnetis alpinis sylvæ *Cansiglio,* Aug. 1878.

173. **Phoma mucosa** Speg. Nov. Add. n. 83 p. 56. — In cortice putri Cucurbitæ in arvis *a Belluno,* Sept. 1879. — Perithecia lenticularia, subcutanea (100–120 micr. d.), membranacea, olivacea; spermatia cylindraceo-elliptica, granuloso-farcta, hyalina (10 = 2). — In cortice putri Cucurbitæ Melopeponis in hortis et arvis *a Belluno,* Sept. 1879.

173.^{bis} **Phoma cytisporoides** Sacc. Mich. I. 522 ***punicina** M. V. Cent. XVI. — Peritheciis initio subcutaneis denique erumpentibus, papillatis; spermatiis allantoideis, 4 = 1$^1/_4$, 2-guttulatis, hyalinis, basidiis simpliciter verticillatis, deorsum attenuatis 10 = 2 suffultis. — In ramis corticatis Punicæ Granati, *Padova.*

173.^{ter} **Phoma bacillaris** Sacc. Mich. I. 526. — In caule Medicaginum, *Padova,* Dec. 1880 (Bizzozero). — Affinis quoque *Phomæ ambiguæ* Sacc. Mich. II. 91 quæ præcipue peritheciis depressis, majoribus differt. Hæc dicenda sit *Ph. anceps;* extat enim diversa et anterior *Ph. ambigua* (Nke) Sacc. Mich. I. 520.

174. **Phoma morphæa** Sacc. Peritheciis gregariis, subcutaneo-erumpentibus, globoso-depressis, 150 micr. d., poro pertusis, contextu minute parenchymatico fuligigineo; spermatiis oblongis, utrinque rotundatis, 7–8 = 2$^1/_2$, inæquilateralibus, hyalinis, 2-guttulatis, basidiis fasciculatis, deorsum crassiusculis 18–20 = 2–3, suffultis. — In stigmate fructus Papaveris somniferi *Conegliano,* æst. 1879 (Spegazzini).

175. **Phoma Cinnamomi** Sacc. Peritheciis sparsis epiphyllis, globoso-conoideis, $^1/_3$ mill. diam., nigris; spermatiis ellipsoideo-oblongis, 6–7 = $2^1/_2$, 2-guttulatis, hyalinis. — In foliis semi-exsiccatis Cinnamomi dulcis in Horto Patavino, Junio 1880.

176. **Phoma Hesperidearum** Catt. in Arch. Lab. critt. Pav. II. 366. t. XXII. fig. 1–2 *c*. — In foliis subputrescentibus Citri Limonii in Horto Patavino, æst. 1880. — Spermatia ellipsoideo-oblonga, 5–6 = $2^1/_2$–3, 2-guttulata, hyalina.

177. **Phoma** (Diaporthe) **gloriosa** Sacc. Peritheciis amphigenis, subcutaneis, hinc inde gregariis lineaque nigra tortuosa circumdatis, globoso-depressis; spermatiis oblongo-ellipsoideis, 2-guttulatis, hyalinis, 8 = 3, basidiis bacillaribus 15 = 2, curvulis, suffultis. — In foliis putrescentibus Yuccæ gloriosæ, *Crespano,* Aut. 1880 (A. Rossi).

178. **Phoma Candollei** (Berk. & Br.) Sacc. *Sphæropsis Candollei* Berk. & Br. Kickx. I. 402. — In foliis Buxi sempervirentis dejectis, *Selva,* Aug. 1880. — Perithecia gregaria, amphigena, majuscula, innato-erumpentia; spermatia oblonga, magna, 35 = 12, utrinque obtusiuscula, nubilosa, hyalina, basidiis *brevissimis* hyalinis suffulta. — Basidiis brevissimis, spermatiisque numquam medio contractis a *Diplodiæ* pusionibus mox dignoscitur.

179. **Phoma Mirbelii** (Lév.) Sacc. Mich. II. 90. — In foliis Buxi sempervirentis *a Selva,* aut. 1878.

180. **Phoma phacidioides** Sacc. Peritheciis amphigenis, plerumque vero hypophyllis, globoso-lenticularibus, $^1/_3$ mill. diam., innatis, dein epidermide laciniatim fissâ erumpentibus; spermatiis ellipsoideis, inæquilateralibus 10 = 6, granulosis, hyalinis. — In foliis emortuis Buxi sempervirentis *a Selva,* Aug. 1880. — Præcipuæ spermatiis tertia parte minoribus a *Ph. Mirbelii* distinguenda.

181. **Phoma** (Diaporthe) **lathyrina** Sacc. M. V. Cent. XV. — Peritheciis gregariis, velatis, globoso-depressis, atronitidis, $^1/_4$ mill. d., spermatiis oblongis, inæ-

quilateralibus, 9–10 = $2^1/_2$, 2-guttulatis, hyalinis, basidiis.... — In leguminibus emortuis Lathyri latifolii, *Padova,* Dec. 1877. — A *Ph. leguminum* West. diversa.

182. **Phoma** (Diaporthe) **multipunctata** Sacc. M. V. Cent. XV. — Peritheciis dense et late gregariis, epidermide velatis, atris, globoso-depressis, $^1/_4$ mill. diam.; spermatiis oblongo-ellipsoideis, utrinque obtusiusculis, 6–$7^1/_2$ = 2–3, 2-guttatis, hyalinis, basidiis filiformibus, hamatis, 20–22 = 1–$1^1/_2$, pluriguttulatis, hyalinis. — In caulibus Lamii emortuis, *Padova,* aut. 1879.

183. **Phoma hysterella** Sacc. Peritheciis subcutaneis hinc inde paucis lineari-aggregatis epidermideque rimose (hysteriiformiter) fissa cinctis, globulosis, papillulatis, nigris, $^1/_5$ mil. d.; spermatiis obovatis, 10–11 = 7, basi leniter acutatis, pluriguttulatis, hyalinis, basidiis teretibus dimidio brevioribus suffultis. — In foliis Taxi baccatæ emortuis in Horto Patavino, aut. 1880, socia *Physalospora gregaria* (Bizzozero).

184. **Phoma endorhodia** Sacc. Peritheciis gregariis innatis, globulosis, $^1/_4$ mill. diam., intus roseo-farctis, ostiolo conoideo epidermidem perforante, obtuso, perithecii contextu distincte parenchymatico ochraceo-fuligineo; spermatiis tereti-oblongis utrinque rotundatis, 8–9 = $1^1/_2$–2, 2-guttulatis, hyalinis. — In caulibus emortuis Centaureæ Scabiosæ in collibus *Vittorio,* Sept. 1880.

185. **Phoma fusco-maculans** Sacc. Peritheciis late gregariis, ligno superficie infuscato, semi- v. fere totis immersis $^1/_5$ mill. d., globulosis v. subcompressis, nigris, ostiolo obsoleto; spermatiis oblongis, utrinque rotundatis, 5 = 1–$1^1/_4$, dilutissime olivaceis, basidiis fasciculatis deorsum incrassatis, 8 = 2, hyalinis suffultis. — In ligno decorticato Piri Mali, *Selva,* Oct. 1880. — Affinis *Phomæ fuscidulæ* Sacc. a qua basidiis, matrice infuscata etc. satis recedere videtur.

186. **Phoma Putaminum** Speg. Nov. Add. n. 148. — Perithecia globoso-difformia, superficialia, atra, carbonacea, ostiolo difformi donata (150–180 micr. d.) sper-

matia copiosa, e globoso ovoidea, non vel 1–guttulata, chlorina (2 $^1/_2$–3 $^1/_2$ = 1 $^1/_2$–2). — In parte interiore putaminum putrescentibus Persicæ vulgaris in hortis *a Belluno,* Oct. 1879.

187. **Pyrenochæta nobilis** DNtrs. ***lignicola**: peritheciis subsuperficialibus, globoso–conoideis, $^1/_4$ mill. d., subcarbonaceis, setulis fuligineis continuis 110–120 = 5–6 vestitis; spermatiis allantoideis, 4 = 1–1$^1/_4$, hyalinis, basidiis vage vel verticillato–ramosis, acicularibus, 20–25 = 1 suffultis. — In ramis decorticatis Alni glutinosæ *Selva,* Aug. 1880.

188. **Phyllosticta aromatophila** Sacc. Maculis vagis, minutis, arescendo griseis; peritheciis sparsis subleniticularibus, 80–90 micr. d., poro pertusis; spermatiis ellipsoideis 4 = 3, hyalinis. — In foliis Camphoræ officinarum in Horto Patavino, vere 1880. — A *Phyll. Lauri* spermatiis dimidio brevioribus differt.

189. **Phyllosticta nebulosa** Sacc. Myc. Ven. Cent. XV. Maculis obsoletis, expallentibus; peritheciis hinc inde in cohortes dense aggregatis, punctiformibus, innato–erumpentibus, 80 micr. d.; spermatiis oblongo–ovoideis, 6–7 = 1$^1/_4$–2, hyalinis. — In foliis languidis vel emortuis Silenes pendulæ in hortis *Padova,* æstate 1878.

190. **Phyllosticta aucubicola** Sacc. Myc. Ven. Cent. XV. — Maculis vagis amplis, arescendo expallentibus; peritheciis plerumque epiphyllis gregariis, punctiformibus, lenticularibus, 150 micr. d. pertusis; spermatiis obovatis, 6 = 3–3$^1/_2$, nubilosis hyalinis. — In foliis languidis Aucubæ japonicæ in Horto Patavino, Martio 1878. — A *Phyll. Aucubæ* S. & S. probe diversa.

191. **Phyllosticta atro-maculans** Speg. Nov. Add. n. 149. — Maculæ pallidæ, mellcæ, totum folium occupantes et arescentes; perithecia hinc inde sparsa, circulos stromaticos parvulos, atros (150–200 micr. d.) efficientia, globoso–lenticularia, ostiolo pertusa, contextu parenchymatico–membranaceo–subindistincto, fuligineo; spermatia elliptico–fusoidea, utrinque acutiuscule rotundata, 1–pluri–guttulata, hyalina (5–9 = 2 $^1/_2$–3). —

Ad folia arida Cynanchi Vincetoxici in montanis di *Tavarsan,* prope *Belluno,* Oct. 1879.

192. **Phyllosticta Cannabis** (Lasch.) Speg. Nov. Add. n. 150. — Spermatia hyalina, continua elliptico–cylindracea, recta vel curvula minutissima, 1–2 guttulata (4–6 = 2–2 ½). — In foliis vivis vel languidis Cannabis sativæ *a Belluno,* Oct. 1879.

193. **Phyllosticta Germanica** Speg. Nov. Add. n. 151. — Perithecia globosa, atro–olivacea, parenchymati immersa minuta, globoso–lenticularia (100 micr. d.), maculis fuligineis insidentia, contextu laxe membranaceo, dilute olivaceo, ostiolo parvo donata; spermatia elliptica vel ovoidea, chlorina (4–6 = 2–3), eguttulata. — Ad folia languida Myricariæ Germanicæ in alveo *Plavis* socia *Pestalozzia funerea* Desm. var. *discolore.* Sp., Oct. 1879.

194. **Phyllosticta hydrophila** Speg. Nov. Add. n. 152. — Perithecia maculis fuscescentibus, subcircularibus indeterminatis insidentia, primo parenchymati immersa, dein prominula, globoso–lenticularia, minuta (150–180 micr. d.), contextu fuligineo, parenchymatico densiusculo; spermatia cylindraceo–fusiformia, arcuato–curvata, utrinque acutiuscula, hyalina (5–7 = 1 ½–2). — In foliis languidis Nymphææ albæ in paludosis litoris Veneti, aut. 1879.

195. **Phyllosticta Leucanthemi** Speg. Nov. Add. n. 153. — Maculæ albo–griseæ, circulares, centro perithecia globosa, prominula, minuta (120–130 micr. d.), membranacea, contextu laxe parenchymatico, fuligineo, gerentes; spermatia cylindraceo–elliptica vel ovoidea (4–5 = 1 ½), granuloso farcta, hyalina. — In foliis Chrysanthemi Leucanthemi in pratis prope *Ampezzo* Sept. 1879.

196. **Phyllosticta hortorum** Speg. Nov. Add. n. 154. — Maculæ circulares indeterminatæ, fulvæ, centro griseæ, amphigenæ denique circumscissæ; perithecia centralia, minuta (80–90 micr. d.), lenticulari–globosa, contextu tenui, membranaceo, fuscidulo–olivaceo, poro pertusa; spermatia elliptica vel ovoidea, continua, utrinque

rotundata, hyalina (4–6 = 2–2 ½). — In foliis vivis Solani Melongenæ in hortis *a Belluno,* Oct. 1879.

197. **Phyllosticta Petuniæ** Speg. Nov. Add. n. 155. — Maculis fuligineis, circularibus, dein angulosis, amorphis, concentrice saturatius et rugulose zonatis; perithecia centro macularum insidentia, tenui-membranacea, contextu laxe parenchymatico fuligineo; spermatia elliptica vel ovoidea, continua, hyalina (3–5 = 1 ½–2). — In foliis languidis Petuniæ cujusdam speciei cultæ in hortis *a Belluno,* Oct. 1879.

198. **Ascochyta Petuniæ** Speg. Nov. Add. n. 156. — Maculæ ut in præcedenti, perithecia parum majora (100-130), intensius colorata; spermatia cylindraceo-elliptica, medio 1-septata non vel vix constricta, hyalina (5-8 = 2). — In foliis Petuniæ, ut præcedens, in hortis *a Belluno,* Oct. 1879.

199. **Septoria diaporthoides** Sacc. Peritheciis gregariis, subepidermicis, globoso-lenticularibus, ⅕ mill. d., fuligineis: spermatiis anguste fusoideis, curvatis, 37–38 = 2–3, pluriguttulatis, hyalinis. — In ramis Salicinis, prope *Schio,* æstate 1880 (A. Rossi).

200. **Septoria Napelli** Speg. Nov. Add. n. 162. — Macula nulla; perithecia in pagina inferiore vigentia, laxe gregaria vel sparsa, subcutanea, nuda prominula, sicca cupulata et difficillime perspicua, atro-olivacea, majuscula (120–130 micr. d.), ostiolo minuto pertusa, lentiformi-hemisphærica, contextu fuligineo-olivaceo, membranaceo-parenchymatico; spermatia cylindraceo-filiformia, guttulata vel septulata (50–100 = 2–4) hyalina. — Ad folia viva Aconiti Napelli socia *Ramularia monticola* Speg. in alpinis *di Salattis* et *M. Stella,* Aug. 1879.

201. **Septoria Lactucæ** Pass. Speg. Nov. Add. n. 158. — Pass. Fung. Parm. Atti Soc. Critt. Ital. vol. II. p. 35 (1879). — Ad folia viva vel languida Lactucæ sativæ in hortis *a Belluno,* Oct. 1879.

202. **Septoria microsora** Speg. Nov. Add. n. 161. — Maculæ cinnamomeæ, sæpius totum folium occupantes, arescentes et tunc fragiles; perithecia hypophylla hinc in-

de sparsa vel 3–5–gregaria, et sorum parvulum, punctiforme, atrum efficientia, minutissima (40–50 micr. d.), ostiolo umbilicato late hiante (10–15 micr. d.) donata; contextus densiuscule parenchymaticus, atro–fuligineus; spermatia acicularia, utrinque acutiuscula, recta vel curvula, primo pluri–guttulata, dein pluri–septata, hyalina (20 = 1). — In foliis Gentianæ asclepiadeæ in pascuis alpinis *M. Civetta* et *Mojazza,* rarius, Sept. 1879.

203. **Septoria Cajadensis** Speg. Nov. Add. n. 163. — Maculæ albicantes, cinereæ, vel ochraceæ, rotundatæ vel angulosæ, sæpe plures confluentes, concentrice rugosæ; perithecia minuta (80–90 micr. d.), globoso–lenticularia, membranaceo–fuliginea, poro latiusculo pertusa; spermatia bacillaria, recta vel curvula, medio 1–septata, non vel granuloso–farcta, hyalina (20–25 = 1 ½). — Ad folia viva vel languida Eranthidis hyemalis in sylva alpina *Cajada,* Sept. 1879.

204. **Septoria Sinarum** Speg. Nov. Add. n. 165. — Maculæ albidæ, circulares, majusculæ, sæpe totum folium occupantes; perithecia amphigena, gregaria, totam maculam tegentia, globoso–lenticularia, minuta (80–110 micr. d.), poro parvulo pertusa, contextu parenchymatico–membranaceo, fuligineo–olivaceo; spermatia acicularia recta vel curvula utrinque acutiuscule rotundata, 1–2–septata, ad septa plus minusve constricta, hyalina (20–25 = 2–2 ½). — Ad folia viva vel languida Dianthi Sinensis in hortis *a Belluno,* Oct. 1879, vulgatissima.

205. **Septoria cannabina** West., Sacc. Myc. Ven. Cent. XV. — Maculis variis arescendo sordide ochraceis; peritheciis sæpe epiphyllis, dense gregariis, innatis, globoso–depressis, poro amplo pertusis, 90 micr. d.; spermatiis bacillari–filiformibus, utrinque acutiusculis, 45–55 = 2–2¼, rectis v. curvulis, obsolete 3–septatis, hyalinis. — In foliis nondum emortuis Cannabis sativæ in Horto Patavino, Junio 1880.

206. **Septoria lineolata** S. & S. Myc. Ven. Cent. XV. — Maculis obsoletis; peritheciis lineari–seriatis, laxius-

culis, e globoso-depressis, $^1/_8$–$^1/_6$ mill. d., pertusis, initio velatis dein semi-erumpentibus; spermatiis filiformi-acicularibus, deorsum leniter incrassatis, rotundatisque, 60–70 = $1^3/_4$–2, hyalinis. — In foliis arescentibus Caricis glaucæ &c., *Conegliano,* aut 1878. — A *S. caricicola, S. riparia, S. Caricis,* dispositione peritheciorum formaque spermatiorum diversa.

207. **Septoria oreophila** Sacc. Maculis minutis albicantibus, olivaceo-marginatis, amphigenis; perithecis punctiformibus, lenticularibus, pertusis; spermatiis bacillaribus, curvulis, utrinque obtusiusculis, 60–65 = 4–$4^1/_2$, 3-septatis, hyalinis. — In foliis Ranunculi aconitifolii nondum emortuis in *M. Grappa,* æst. 1879 (A. Rossi).

208. **Septoria Calystegiæ** West. f. **Soldanellæ.** — In foliis Convolvuli Soldanellæ in insula *Lido di Venezia,* Junio 1880 (O. Penzig). — Spermatia 40–50 = 5, 3-septata.

209. **Septoria littorea** Sacc. Maculis subcircularibus, minutis, ochraceis, late rufescenti-marginatis; perithecis punctiformibus, lenticularibus; spermatiis bacillaribus, curvulis, 50–60 = 2–$2^1/_4$, utrinque obtusiusculis, pluriguttulatis, hyalinis. — In foliis Apocyni Veneti nondum emortuis in insula *Lido di Venezia,* æstate 1880 (O. Penzig).

210. **Septoria ascochytella** Sacc. Maculis olivaceis vel lutescentibus, vagis; perithecis hinc inde aggregatis, lenticularibus, punctiformibus, 100 micr. d., poro pertusis; spermatiis tereti-fusoideis, 12–15 = $1^1/_2$–2, rectis curvulisve, 1-septatis, hyalinis. — In foliis languidis Paliuri aculeati prope *Padova,* Dec. 1880 (Bizzozero).

211. **Septoria longissima** Sacc. Perithecis (?) subsparsis, innato-erumpentibus, globoso-depressis, atris, astomis; spermatiis fasciculatis filiformibus, tortuosis, 90–100 = 1, hyalinis, continuis, basidiis furcatis, 15–16 = $1^1/_2$, suffultis. — In caule Arabidis in *M. Grappa,* Julio 1880 (A. Rossi).

212. **Hendersonia Asphodeli** (Mont.) Sacc., *Ascospora*

Asphodeli Mont. Syll. 274. — In foliis Asphodeli albi, *Quero,* in montanis, aut. 1880 (A. Rossi). — Stylosporæ tereti-oblongæ, 25 × 6, utrinque rotundatæ, crasse 3-guttulatæ, tenuiterque 2-septatæ, hyalinæ.

213. **Coniothyrium?? abnorme** Sacc. Peritheciis subsuperficialibus, dense gregariis carbonaceis, globosis, majusculis, 1 mill. d., atronitidis, astomis, contextu anguste parenchymatico (saltem ita viso) fusco, intus denique roseo-flocculosis; spermatiis perfecte globosis, magnitudine variis 10–18 micr. d., 1–raro 2-guttulatis, fuligineis. — In ligno putri fagineo intus sæpe (ob Coniothyrium?) cruentato.

214. **Actinonema Cratægi** Pers. Myc. Ven. Cent. XV. — In foliis Cratægi torminalis in sylva *Cansiglio* (Spegazzini).

215. **Discosia Artocreas** Fr. f. **Camphoræ**: spermatiis solito longioribus, nempe 30 × $3^1/_2$, tereti-curvulis, 3-septatis, hyalino-viridulis, setulâ 10 × $^3/_4$ hyalinâ utrinque auctis. — In foliis Camphoræ officinarum *a Firenze,* æstate 1880 (Doct. O. Penzig).

216. **Discosia Julia** Speg. Nov. Add. n. 144. — Perithecia sparsa, magna ($^1/_2$–1 $^1/_2$ mill. diam.) disciformia, lenticularia, siccitate rugulosa, atra; stylosporæ cylindraceo–fusoideæ inæquilaterales, utrinque acutiuscule rotundatæ, sublateraliter utrinque uniciliata, granuloso-farcta, continua, minuta (5–6 × 1 $^1/_2$), hyalina; cilio superiore 2 micr. long. inf. 3–4 long. — Species prædistincta, astoma! — Ad folia Populi Tremulæ in montanis prope *Belluno,* Sept. 1879, rarissime.

217. **Dinemasporium strigosum** (Lib.?) Sacc. In culmis graminum putrescentium *Colfosco,* Sept. 1874 rarius. — Spermatia fusoideo–falcata 25–30 × 3–4, utrinque acuta, guttulata, hyalina, setulis 4–5 micr. long. utrinque aucta. Icon Cordæ spermatia mutica ostendit, sed talia revera non sunt. — *Din. Graminum* Lév. (in culmis Arundinis, Andropogonis etc.) spermatia præbet falcato–fusoidea, 15 × $2^1/_2$–3, setulis 15 micr. long. obliquis aucta. — *Din. hispidulum* (Schrad.), quod legi in lignis decorticatis, ramis-

que variis, immo in culmo donacino, utitur spermatiis 15–18 = 2–2$^1/_2$, 3–4-guttulatis, breviter setigeris. Ab eo vix differt *Din. herbarum* Cooke (F. B. n.° 28) quod legi in caulibus Labiatarum in sylva *Montello,* Sept. 1879. Ab his omnibus longius distat *Din. decipiens* (DNtrs.) Sacc. a me lectum in lignis Carpini, Robiniæ, Castaneæ, Quercus, Rhamni in agro Tarvisino et Patavino, quod præditum est spermatiis allantoideis, 6–7 = 2–2$^1/_2$, utrinque longe setigeris, hyalinis; setæ 6–7 micr. long. Spermatiorum basidia (in conceptaculis junioribus observanda) sunt filiformia prælonga dichotome ramosa, quandoque simplicia, mox evanescentia.

218. **Leptostroma hysterioides** Fr. In caule Cytisi nigricantis, Peucedani, Vincetoxici officinalis, in sylva *Montello,* Oct. 1875. — Spermatia cylindracea, curvata, 20–25 = 2, uniserialiter pluriguttulata, hyalina.

219. **Leptostroma Polygonatum** Lasch. — In caulibus Polygonati multiflori in sylva *Montello,* non raro.

220. **Leptostroma hypodermoides** Sacc. Mich. II. 114. — In caule Lamiorum, *Conegliano,* Martio 1876. — Affine *Leptostromati herbarum* Link. (Schröt. F. Bad. n. 198), quod spermatiis fusoideo–curvatis, 5–6 = 1$^1/_2$, præcipue differt.

221. **Leptostroma tenue** Sacc. Peritheciis gregariis, innato–erumpentibus, elongatis, modice depressis, minutis, $^1/_2$ mill. long., $^1/_5$ mill. cr., astomis, fuligineo–parenchymaticis; spermatiis cylindraceis, curvulis, 20–22 = 3$^1/_2$, hyalinis. — In caule Lepidii graminifolii, *Padova,* Apr. 1875.

222. **Leptostroma juncinum** Fr. In calamis Junci effusi in sylva *Montello,* aut. 1880. — Perithecia elongata, clypeata, atro–nitentia, astoma, rimulâ parum distinctâ exarata; spermatia cylindracea, curvula, 25–30 = 2, pluriguttulala, hyalina basidiis brevissimis crassiusculis suffulta.

223. **Leptostroma Rubi** (Lib.) Speg. Nov. Add. n. 143

et in Revue Mycol. 1880 p. 16. — In sarmentis Rubi Idæi in sylva *Cansiglio,* Aug. 1879.

224. **Leptothyrium Populi** Fuck. Symb. p. 383. t. II. fig. 29. — In foliis Populi nigræ, *Fiumicello Padova* (Berlese). — Perithecia (spuria?), ampla, clypeata, atronitentia; spermatia fusoidea, curvula, 10–12 = 1½–2, utrinque acutiuscula, hyalina.

225. **Placosphæria** (Rhytisma) **Onobrychidis** (DC.) Fuck. — In foliis caulibusque Lathyri latifolii in Euganeis, Majo 1880 (Bizzozero). — Stromata folio innata, amphigena, applanata, atra, ambitu oblongo, 8–12 = 3–5 mill., intus obscure plurilocularia (?); spermatia copiosa gyriniformia, nempe ovoidea, 8–10 = 2–2½, hyalina deorsum in caudam filiformem (stipitem) 15–18 = ½ producta.

226. **Placosphæria** (Euryachora) **Stellariæ** (Lib.) Fuck. — In foliis caulibusque Dianthi monspessulani, *Belluno,* aut. 1879. — Stromata gregaria, folio innata, circulari–oblonga v. subangulosa, rufo–nigricantia; spermatia cylindracea, 12–15 = 2, subrecta, basidiis teretibus dimidio brevioribus suffulta.

Melanconieæ

227. **Libertella Rosæ** Desm. In ramis corticatis Rosæ cultæ, Aprilis 1876, *Padova.* — Acervuli difformes subcutanei, rubro–aurantiaci; spermatia arcuato–filiformia 10–14 = 1, basidiis teretibus subæquilongis suffulta, hyalina.

228. **Libertella faginea** Desm. Sacc. Myc. Ven. n. 1394. — In ramis corticatis fagineis *a Selva,* aut. 1878. — Acervuli difformes subcutanei flavo–aurantiaci; spermatia filiformi–fusoidea curvata, 30–35 = 2, hyalina — forma **minor**: acervulis minoribus; spermatiis 18–25 = 1. — In ramulis tenuioribus fagineis in sylva *Cansiglio,* Oct. 1874.

229. **Glœosporium lagenarium** (Pass.) Sacc. & Roum. in Rev. Mycol. 1880 p. 201 not. 5. pl. IX. fig. *Fusarium lagenarium* Pass. Erb. critt. ital. II. n. 148,

Sacc. Myc. Ven. 1041. *Gl. reticulatum* Roum. ibid. p. 169–172, nec *Fusarium reticulatum* Mont. Ann. Sc. Nat. Bot. II. XX. p. 379 pl. 16 fig. 3 (ubi conidia delineantur falcato–fusoidea, 4–guttata et dein 3–septata). — In epicarpio Cucumeris Melonis et Colocynthidis *Padova, Treviso, Selva,* æstate 1880. — Conidia ovato–oblonga, quandoque inæquilateralia, 16–18 = 5–6, continua nubilosa, hyalina, basidiis tereti–fusoideis, 15–20 = 3–5, hyalinis, fasciculatis suffulta. — *Fusarium cyclogenum* meum (Myc. Ven. 569 et Fung. Ven. Ser. V. 197) nil est, ut nunc opinor, nisi genuinum *Fusarium reticulatum* Mont., intermixto *Glœosporio lagenario.* Nec negarem utrumque metagenetice inter se connexum esse.

230. **Glœosporium phacidioides** Speg. Nov. Add. n. 140. — Maculæ submarginales, semicirculares, pallide melleæ, primo parvulæ dein totum folium occupantes; acervuli subepidermici, atri lenticulares (80–90 micr. diam.); hypothecium crassiusculum membranaceo–fuligineum, sterigmatibus cylindricis quandoque fumosis, apice rotundatis (10–20 = 3) ornatum; conidia cylindracea utrinque rotundata, recta vel curvula, granuloso–farcta (8–10 = 2 $^1/_2$–4). — In foliis Helianthemi vulgaris in pascuis alpinis *Duram* (*Zoldo, Cadore*) rarissime, Sept. 1879.

231. **Pestalozzia microsora** Sacc. Acervulis gregariis minutissimis subcutaneis; conidiis oblongo–fusoideis, sæpæ curvulis, 12–14 = 6, 4–5–septatis, loculis interioribus fuligineis, extimis minutis hyalinis, sæta filiformi brevi obliqua 10 micr. longa apice auctis, stipitibus fasciculatis filiformibus, 18 = 1, suffultis. — In caule Euphorbiæ spinosæ, *S. Giuliano, Toscana* (Groves). Characteribus *Pest. monochætæ* subaffinis, habitu vero prorsus aliena.

232. **Pestalozzia funerea** Desm. var. **punctiformis**: (M. V. cent. XV.) acervulis minutissimis, nigris, amphigenis; conidiis normalibus, 25 = 6–7, breve 3–aristatis, breveque stipitellatis. — In foliis emortuis Fagi sylvaticæ in Horto Patavino, Apr. 1878.

233. **Hormococcus nitidulus** Sacc. Sporodochiis pulvinatis, depressis, $^1/_3$–$^1/_2$ mill. d., initio albo–griseis, dein nigricantibus, levibus, nitidulis; sporophoris dense fasciculatis bacillaribus, 150 ≈ 2–2$^1/_2$, continuis, deorsum subhyalinis, sursum olivaceis, cuboideo–guttulatis; conidiis ex interiore apice sporophororum catenulatim exsilientibus breve cylindraceis utrinque truncatis, 4 ≈ 2, minute guttulatis, hyalinis. — In ligno Piri Mali *Selva,* Oct. 1880. — Ab *Hormococci olivascentis* typo differt præcipue sporophoris simplicibus nec ramosis, conidiis ex interiore sporophororum exsilientibus, hyalinis etc. Cum *Hormocaccus olivascens* meus certe congruat cum typo *Trullulæ* Cesati, aptius videtur fungillus ille huic generi subjungere, nomine *Trullulæ olivascentis* et *Hormococcum* Pr. (ex p. arte) ad typum *H. nitiduli* limitare. Genus *Blennoria* quod ad *Trullulam* dubitanter retuli (Consp. Gen. Fung. infer. n. 49) ex speciminibus typicis (Moug. & Nestl. n. 882, Roum. F. G. n. 593) nunc primum inspectis, satis differt acervulis fere puccinioideis, epidermide ruptâ cinctis, conidiis in sporophoris ramosissimis acrogene catenulatis, longius cylindraceis.

Hyphomyceteæ

234. **Botrytis carnea** Schum. In truncorum basi usque in terram descendens *Selva, Vittorio,* aut. 1873–74. — Conidia sphærica 6–7 micr. d. roseo–isabellina, verruculosa in apice obtusiusculo hypharum concolorium et ramosarum solitaria v. bi–ternata. — *B. isabellina* Pr. Hoyers. p. 75 huic peraffinis videtur.

235. **Botrytis geniculata** Corda. — In stromate Hypoxyli purpurei in sylva *Cansiglio,* aut. 1874. — Conidia ovoidea; basi subapiculata, 5–6 ≈ 3, nucleata, hyalina in ramulis hypharum virescentium acrogene 2–6–nata. — Ab hac specie non differre videtur *Dematium virescens* A. S., nec *Botrytis argillacea* Cooke F. B. n. 354.

236. **Botrytis granuliformis** Sacc. Cespitulis granuli-

formibus, minutis, gregariis, flavidis, 80–100 micr. d.; hyphis fasciculatis iterato-dichotomis, hyalinis, ramulis crasse fusoideis, supremis cristulatis; conidiis e cristulis oriundis oblongo-ellipsoideis 7–8 = 4–4½, dilute fuligineis. — In ligno denudato Piri Mali, *Selva,* Oct. 1880. — Minutie, ramulisque eximie cristulatis prædistincta species.

237. **Cephalosporium curtipes** Sacc. Effusum, totum candidum, tomentellum; hyphis repentibus dichotome ramosis, usque 10 micr. d., septatis, sporophora teretia brevissima hinc inde gerentibus; conidiis in sporophororum apice capitato-congestis, 9–10 = 3½–4, ovato-oblongis, hyalinis. — In ramis caulibusque putrescentibus in Horto Patavino, Jan. 1877. — Forma et magnitudine conidiorum sporophorisque brevissimis a *Ceph. macrocarpo* et *Ceph. Acremonio* differt; *Botryoporium diffusum* conidiis globosis præ ceteris dignoscitur.

238. **Ramularia monticola** Speg. Nov. Add. n. 128. — Maculæ nullæ; acervuli hypophylli compactiusculi, candidi; hyphæ fasciculatæ, fasciculi sæpius e foliorum stomatibus orientes, tortuoso–nodosæ, præcipue apicem versus, continuæ, hyalinæ (50–60 = 2–2 ½); conidia cylindracea, continua vel 1–septata, ad septum non vel vix constricta, granuloso-farcta (25 = 3). — Ad folia viva Aconiti Napelli in pascuis alpinis *Duram* (*Zoldo, Cadore*) Sept. 1879.

239. **Ramularia Kiggelariæ** Sacc. Myc. Ven. Cent. XV. — Acervulis gregariis, minutis, albis crumpentibus amphigenis; hyphis subfasciculatis erectiusculis, 50–60 = 3, ex trunculis repentibus oriundis, continuis, apicem versus denticulato-conidiophoris, hyalinis; conidiis fusoideis, 10–15 = 2½, quandoque paucis catenulatis, continuis vel rarius 1–septatis, hyalinis. — In foliis languidis Kiggelariæ africanæ in frigidariis Horti Patavini, Martio 1880.

240. **Cylindrium flavo-virens** (Ditm.) Bon. *Fusidium flavo–virens* Ditm. Speg. Nov. Add. n. 135. — In foliis dejectis putrescentibus Quercuum, *Conegliano,* autumno 1879.

241. **Saccharomyces coprogenus** Sacc. & Sp. Myc. Ven. Cent. XV. — Effusus, superficialis, compactiusculus, sordide roseus; conidiis ex ovoideo globosis, 12–14 = 10–11, catenulas brevissimas efformantibus v. solitariis sæpeque appendicula caudiformi (ex gemmatione?) auctis, intus nebulosis, coacervatis dilute roseis, hyalinis. — In stercore humano fermentescente, ubi stratum subceraceum (*Corticii* fere ad instar) efformat, *Conegliano,* Martio 1878.

242. **Physospora rubiginosa** Fr., Erb. critt. ital. Ser. II. 950 (Sacc.) Myc. Ven. Cent. XV. — In truncis putrescentibus in calidariis Horti Patavini, vere 1880. — Cæspituli effusi, lanoso–velutini, amœne auratiaco–rubiginosi; hyphæ repentes, varie ramosæ, 7–8 micr. d., septatæ, hinc inde ramos fertiles assurgentes gerentes; ramuli fertiles denticulis conidiophoris exasperati v. vesiculas ovoideas denticulato–conidiophoras aucti; conidia e globoso ellipsoidea, 14–15 = 12–14, crassiuscule tunicata, intus guttulata, rubiginosa.

243. **Sporotrichum vellereum** Sacc. & Speg. Cæspitulosum, candidum, subbombycinum, hyphis repentibus filiformibus varie ramosis, parce septulatis 2–3 micr. d.; conidiis in ramis (sporophoris) spicatim digestis, pedicelloque brevi sed distinctissimo præditis, patulis, obovatis, 8–9 = 4–5, deorsum breve acutatis, hyalinis, levibus. — In vello udo putrescente canino, *Conegliano,* aut. 1878. — A *Sporotricho flavissimo* Link. Harz. Hyph. p. 21 t. IV. fig. 7, cui fabricâ maxime accedit, differt colore constanter albo, conidiis paulo majoribus obovatis, hyphis diu hærentibus.

244. **Sporotrichum roseum** Link. In charta putri *Mantova,* Majo 1876. (Magnaguti). — Hyphæ repentes dilute roseæ vage divisæ, parce septatæ hinc inde ramulos simplices vel apice 2–3–fidos gerentes; conidia in ramulorum apice inserta ovoidea, 4 = 3, 1–guttulata rosea.

245. **Helicomyces roseus** Link. In ramis lignisque salicinis, quercinis *Selva,* Oct. 1874–78. — Hyphæ brevissimæ hyalinæ, teretiusculæ apice nodulosæ ibique

sporigeræ: conidia vermicularia 160–180 × 6, utrinque leniter attenuata, rotundataque pluri-(14–20-)nucleata, tandem tenuiter multiseptata, rosea. Color fungi tandem expallescit et tunc *Helicomyces albus* Pr. forte non differt.

246. **Helicosporium pulvinatum** (Nees.) Sacc. — In ligno quercino putri *a Selva,* Sept. 1873. — Cæspituli late effusi sordide albido-lutescentes; hyphæ filiformes, ramosæ, vel chlorino-fuligineæ, diam. 3–4 micr., conidia in spiras $2^1/_2$–3 convoluta, 2 micr. d. continua plurinucleata, hyalina, 70–80 micr. longa. Forte *H. prasinum* Pr. specifice non differt.

247. **Verticillium Buxi** (Link.) Sacc. *Fusidium Buxi* Link. Sp. pl. VI. II. 97, *Ramularia.....* Fuck. Symb. mycologicæ pag. 97. — In pagina inferiore foliorum Buxi sempervirentis, socia *Volutella Buxi* et *Nectriella Rousseliana, Padova, Selva.* — Hyphæ erectiusculæ, bis verticillato-ramosæ, ramulis sursum attenuatis; conidia oblongo-fusoidea 8 × 2–$2^1/_2$, 2-guttulata e roseo hyalina. Huc spectat *Penicillium roseum* Cooke Handb. II. 632 (Vize F. B. n. 191 etc.) sed non species typica Linkii (Sp. pl. VI. I. 69) conidiis globosis ornata et in Solano parasitica.

248. **Haplotrichum albidum** Sacc. Hyphis sterilibus repentibus, ramosis filiformibus, continuis, hyalinis; fertilibus assurgentibus v. decumbentibus æque filiformibus, continuis hyalinis, longitudine variis, simplicibus, rarissime ramulo sporigero auctis, apice in vesiculam globulosam minutissime muriculatam desinentibus; conidiis ex muriculis oriundis globosis v. globoso–ellipsoideis (non concatenatis) 7–10 micr. diam., albo-hyalinis vel dilutissime flavidis. — In radicibus emortuis putrescentibus Citri Limonii, *a Salò,* Nov. 1874. — Ab *Hapl.* (Œdoceph.) *albo* Pr., cui affine, differt conidiis minoribus, levibus, hyphis continuis et toto habitu.

249. **Closterosporium strepsiceras** (Ces.) *Trispo-rium strepsiceras* Ces. Hedw. I. t. IV. fig. 2. — In ramis corticatis Coryli Avellanæ et Aceris cam-

pestris *a Selva,* Oct. 1874–76. — Conidia ex hyphis tenuibus repentibus fasciculatim oriunda, basique fere inter se connata, obclavata, 7–9-septata, vix constricta, 110–140 × 15, rufo-fuliginea, sursum pallidiora, apice obtusiuscula.

250. **Closterosporium claviforme** Pr. D. Crypt. Fl. t. 4 (sub *Sporidesmio*). — In ligno putri Fici Caricæ *a Vittorio,* Oct. 1873. — Conidia e fusoideo v. ex ovoideo clavata, inæqualia, 30–40 × 15–20, apice rotundata, 3–6-septata, vix constricta, 4–7-nucleata, fuliginea, deorsum in stipitellum concolor brevissimum producta.

251. **Closterosporium Bizzozerianum** Sacc. *Sporidesmium Bizzozerianum* Sacc. Fung. Ven. Ser. V. 193, Fung. Ital. fig. 71.

252. **Sporodesmium antiquum** Corda Icon. Fung. III. fig. 11. In truncis putridis Vitis viniferæ *a Selva,* Apr. 1874. — Conidia cylindraceo-flexuosa 100–150 × 20, dense clathrato-septata, basi in stipitellum pallidum brevissimum producta, fuliginea.

253. **Sporodesmium polymorphum** Corda Ic. fung. I. fig. 119. — In ligno emortuo Quercus coccifera in Horto Patavino, Jan. 1881 (Bizzozero).. — Conidia ex oblongo v. ovoideo angulosa 40–50 × 25–30, varie septato-muriformia, atro-fusca, fere opaca, stipite brevi tereti, septato, pallidiore suffulta.

254. **Sporodesmium cellulosum** Kl. In ligno quercino, *Selva, Padova,* aut. 1873–76. — Conidia ovato-oblonga, 60–70 × 30–32, dense clathrato-septata, fuliginea, brevissime, pallidius stipitata.

255. **Sporodesmium viticolum** Sacc. Acervulis parallele et lineatim digestis, minutis, atris, subsuperficialibus; conidiis ovoideis, quandoque inæquilateralibus, 25 × 12–15, 3-septatis, vix constrictis, septoque longitudinali divisis, olivaceo-fuscis, brevissime hyalino-stipitatis. — In sarmentis putridis, *Selva,* Sept. 1873.

256. **Sporodesmium scutellare** B. & Br. ***S. tumulosum** Sacc. Acervulis gregariis, superficialibus, atque tuberculis ligneis concaviusculis insidentibus, atris; co-

nidiis ovoideis, globulosisve, 14–18 = 7–8, varie clathrato-septatis, transverse plerumque 3-septatis, ochraceo-fuligineis, basidiis..... non visis. — In ligno indurato Fagi sylvaticæ in sylva *Cansiglio,* Oct. 1874. — Basidiis deficientibus (semper?) matriceque aliena a typo aliquid desciscit.

257. **Sirodesmium granulosum** DNtrs. In ligno Oleæ europeæ *a Torreglia,* Apr. 1875. — Conidia terctiuscula, catenulata et interdum ramosa, singula 200–250 = 24, dense clathrato-septata, rugulosa, fuliginea, in cespitulos atros fasciculata.

258. **Stemphylium pyriforme** (Corda) Bon. Hand. fig. 74. — In ramulis putrescentibus, *Padova,* Junio 1876. — Hyphæ varie ramosæ, subrepentes, septulatæ, fuligineæ: conidia in ramulis acrogena, obpyriformia v. varie ovoidea, 25–30 = 12–15, atro-fuliginea. — *Sporidesmium Alternariæ* Cooke Hndb. p. 483 spectat sine dubio ad *Stemphylium botryosum* Wallr. (Michel. II. 129).

259. **Stemphylium inflatum** Sacc. *S. botryosum* Mycol. Ven. 180 (p. parte in Rhamno): acervulis subsuperficialibus, gregariis, atris, minutis; hyphis filiformibus, intricatis, tenui-ramulosis, plerumque continuis, hyalinis; conidiis ex apice ramulorum inflato hyalino oriundis globoso-ellipsoideis, basi subtruncatis apice rotundatis 15 = 12–14, septis plerumque duobus transversis duobusque longitudinalibus divisis, ad septa leniter constrictis, olivaceo-fuligineis, initio hyalinis, clathrato-guttulatis. — In ramis corticatis emortuis Rhamni cathartici, *Selva,* aut. 1873.

260. **Stemphylium macrosporoideum** (Berk.) Sacc. *Epochnium macr.* Berk. Cooke Handb. p. 623. *Epochniella macr.* (ex err. «cladorioides») (Berk.) Sacc. Mich. II. 176. — In ramis putrescentibus decorticatis quercinis *Selva, Padova,* aut. 1873–76. — Effusum, cinereo-nigrum, tomentellum; hyphæ repentes filiformes, continuæ, hyalinæ, varie intricatæ, ramosæque; conidia in ramulis (non inflatis) acrogena, globosa 13–16 micr. d. varie, sed plerumque cruciato-septata

(sarciniformia) ad septa constricta, fuligineo-olivacea. — Cum nunc compertum habeam *Stemphylii* typicas species hyphis hyalinis uti nec non *Epochnium macrosporoideum* Berk. (antea mihi ignotum) verum *Stemphylium* spectare, genera *Soredospora* Cda et *Epochniella* Sacc. jam in meo *Consp. gen. Fung. inf.* p. 30 et 176 admissa, nunc generi *Stemphylio* potius adscribenda esse non dubito.

261. **Macrosporium heteronemum** Desm. XXII. Not. p. 4. — In epicarpio Cucurbitæ putrescentis, *Padova,* Febr. 1879. — Hyphæ fertiles fasciculatæ filiformes, septulatæ, apice incrassatulæ, olivaceæ, 60—80 ≈ 5, steriles circumcirca vage repentes, elongatæ, ramosæ; conidia clavata, deorsum conspicue attenuata, 5–8-murali-septata, 40–80 ≈ 20–25, fuliginea. — Ob hyphas partim effusas ad *Stemphylium* quoque nutat.

262. **Dendryphium curtum** B. & Br. In lignis putridis, ramisque Dulcamaræ, Angelicæ, Labiatarum, Xylostei etc. *a Selva, Padova.* — Hypha primaria teres, septata, 130–180 ≈ 7–7½, fuliginea apice breviter obtuseque ramulosa, pallidior; conidia cylindracea constricto-3–5-septata, 20–25 ≈ 5½–7, fuliginea — ***ramosius**: hypha primaria teres, 170 ≈ 6–7, septata, fuliginea, apice ramulos longiusculos quandoque bifidos gerens; conidia 25–30 ≈ 5½–6, constricto-4–5-septata, fuliginea. — In caule Hesperidis etc. *a Selva.* — *D. ramosum* Cooke F. B. II. ed. n. 354 differt hypha duplo crassiore nempe 16 micr. d.

263. **Periconia pycnospora** Fries. In ramulis Yuccæ, Meliloti (conidia globosa, asperula, fuliginea 12–14 micr. d.), Viciæ (con. 12–14 d., stipes 12 d.), Junci (con. 10 d., stipes 230–250 ≈ 10), Dioscoreæ (con. 12–14 d., stipes 14–15 d.). — Forma minor foliicola sistit, ut videtur, *Haplotrichum pullum* Bon.: stipite 200 ≈ 10, olivaceo, conidiis globosis levibus (ex immaturitate) 8 micr. d.

264. **Periconia chlorocephala** Fres. In ramis caulibusque Yuccæ (conidia globulosa, levia, olivacea, 5 micr. d.), Aceris et Robiniæ (con. 4–5, stipes 12–

14 d.), Maydis (con. 4–4½.). Stipes sub apice gerit ramulos crassiusculos erectos continuos sursum attenuatos, quorum apici inseruntur catenulæ conidiorum mox secedentium — forma **minor**: stipite 110 = 10; conidiis, ubi concatenatis, 5 micr. d. olivaceis, solutis vero magis obscuris, majoribusque 7–8 micr. d. — In calamis Holoschœni, *Selva,* Aug. 1873.

265. **Torula antennata** Pers., Sturm. D. Crypt. Fl. t. 39. *Hormiscium antennatum* Bon. Handb. t. III. fig. 83(bona). — In ligno cæso Fraxini Orni *a Selva,* Oct. 1874. — Hyphæ fertiles, filiformes, breves; conidia oblonga, inæqualia 10–15 = 3–4, quandoque ad medium leniter constricta, numquam septata, 1–3-hyalino-guttulata, fuliginea, in catenulas longiusculas, quandoque furcatas satis persistenter connexa. — Sub *Bisporæ catenulatæ* nomine a cl. Winter habui, non est vero species Cordæ homonyma.

266. **Torula protea** Sacc. Myc. Ven. Cent. XV. Effusa, velutina, maculiformis, initio albida dein olivacco-fusca; hyphis repentibus vage ramosis, filiformibus continuis, olivaceis, hinc inde sporophora acicularia sursum attenuata continua gerentibus; conidiis ovoideo-oblongis, 4–4½ = 2–2¼, junioribus subhyalinis catenulatis, maturis olivacco-fuscis secedentibus et sæpissime in globulos atros ad sporophororum apicem conglomeratis. — In superficie culmorum udorum Arundinis Donacis in Horto Patavino, Martio-Aprili 1876-80. — A speciebus mihi notis mox distinguenda.

267. **Gonytrichum cæsium** Nees. In lignis dejectis putrescentibus *a Selva, Vittorio.* — Plantula initio distincte cæsia, dein fusca: conidia ovoidea, 2–3 = 1, quandoque 2-guttata, simulateque 1-septata, hyalina. — Forte *Gon. fuscum....* specifice non differt. — *Gon. gilvum* Rabh. D. Crypt. Fl. Fungi p. 105: isabellinum, conidiis globulosis e hyalino luteolis; in ramis arborum lectum *a Como,* satis distinctum videtur.

268. **Coniosporium phæospermum** (Corda) Sacc. *Gymnosporium phœospermum* Corda. — In lignis putridis Gleditschiæ, Salicis etc. *Padova, Selva.* — Co-

nidia globulosa 9–10 micr. d. nigricantia, pulveraceo-inspersa.

269. **Coniosporium aterrimum** (Corda) Sacc. *Gymnosporium aterrimum* Corda. — In lignis decorticatis putrescentibus, frequens. — Conidia globulosa, 5–7 micr. d., nigricantia, pulveraceo–inspersa.

270. **Coniosporium apiosporioides** Sacc. Effusum, pulveraceum, atronitens; conidiis perfecte sphæricis, 18 micr. d., atrofuligineis, impellucidis, denique irregulariter fissilibus e strato proligero cellulari fusco oriundis. — In cortice Lagenariæ putri, socia *Vermicularia Wallrothii, a Selva,* Oct. 1874. — Conidiis majusculis, atro–nitidulis statim dignoscenda species.

271. **Coniosporium melanconideum** Sacc. Acervulis minutissimis, gregariis, confluentibusque aterrimis, superficialibus; conidiis oblongo–fusoideis vel subpyriformibus, sæpe inæqualibus, vel subangulosis 10–11 = 4–5½, atro–olivaceis, crasse 1–2–guttatis, stipitellis brevissimis hyalinis initio fultis. — In ligno ramisque decorticatis Sambuci nigræ, quæ fœdantur, *Selva,* Sept. 1873. — Conidiorum formâ statim dignoscenda species. Genus *Coniosporium* Link. (1795) non differt a genere *Gymnosporio* Pers. (1798); primum ergo servandum.

272. **Triposporium Sarcinula** Sacc. Effusum, fuscum, velutinum; hyphis assurgentibus, filiformibus, 150 = 4, septatis, subhyalinis, apice conidium solitarium gerentibus; conidiis breve 3–(raro 4–)radiatis, 15 micr. d., radiis apice rotundatis pallide fuscis, basique 1–septatis cellulamque (ob septa) centralem angulosam atro–fuligineam formantibus. — In ligno quercino putri in sylva *Montello,* Aug. 1875. — Conidiis breve–radiatis, parvis satis superque distinguitur a *Trip. elegante.*

273. **Zygodesmus violaceo-fuscus** Sacc. Effusus, sordide violaceus, subpulveraceus; hyphis dichotome vageve ramosis, 6–7 micr. d., subnodulosis, septatis, dilute fuligineis: conidiis e nodulis oriundis ellipsoideo–globulosis, inæqualiter verruculosis, 8 = 6½, nubilosis,

atroviolaceis. — In ligno quercino putri in sylva *Montello,* Aug. 1880.

274. **Trichosporium olivatrum** Sacc. Effusum, atrum, subpulveraceum; hyphis vage ramosis, septulatis, fuscis; conidiis prope ramulorum apicem subspicatim insertis, globosis, 1-guttulatis, $3^1/_2$ micr. d. atro-olivaceis. — In culmis Arundinis Donacis putrescentibus, in Horto Patavino, Junio 1880.

275. **Cercospora neriella** Sacc. Cespitulis amphigenis, in maculis foliorum arescentibus, gregariis, punctiformibus; hyphis fasciculatis brevibus teretibus, subseptatis, e fusco subhyalinis; conidiis acrogenis cylindraceis, utrinque obtusiusculis, 24–27 × 3–5, flexuosis, 1–3-septatis, hyalinis. — In foliis nondum emortuis Nerii Oleandri, *Padova,* æstate 1880 (O. Penzig).

276. **Fusarium roseum** Link. Formas sequentes notavi:

— **Buxi**: acervulis phyllogenis erumpentibus, pulvinatis; basidiis iterato-ramosis, ramulis fusoideis; conidiis falcatis, 40–45 × 3–4, 3-septatis, hyalino-roseis. — In foliis Buxi balearicæ *Patavii,* Majo 1876.

— **Rusci**: acervulis pulvinatis, roseis, compactis; basidiis iterato-dichotomis vel subsimplicibus, 60 × $2^1/_2$, ramulis filiformibus, guttulatis; conidiis fusoideis subrectis v. leniter curvis, 18–22 × 3–$4^1/_2$ continuis, guttulatis, roseis. — In caule Rusci aculeati *a Selva,* Martio 1875. — Forte specifice distinguendum.

— **Calystegiæ**: acervulis minutissimis, pallide roseis, pulverulentis; basidiis ramuloso-verticillatis, ramulis inflatis v. nodulosis; conidiis falcatis, 50–60 × 6, 4–7-septatis, sæpius 5-septatis. — In caule Calystegiæ.

— **Phytolaccæ**: ut præcedens sed conidia magis falcata, plerumque 3-septata, 36 × $3^1/_2$. — In caule Phytolaccæ.

— **Vitalbæ**: acervulis roseis confluentibus; basidiis verticillato- vel opposito-ramosis, elatis, ramis sursum attenuatis; conidiis bacillari-fusoideis, valde curvatis, deorsum magis attenuatis, 3-septatis, 40–48 × $2^1/_2$–3. — In ramis Clematidis Vitalbæ in sylva *Montello,* Sept. 1875.

— **Rosæ**: fructicolum; acervulis confluentibus, roseis; conidiis heteromorphis curvis v. subrectis 3–5-septatis, modo 55 × 4, modo 22 × 5, basidiis parce ramosis fasciculatis, ramulis fusoideis. — In fructibus Rosæ caninæ in sylva *Montello,* Sept. 1873.

— **Dulcamaræ**: acervulis minutis roseis; basidiis verticillato-ramosis, ramulis sursum attenuatis; conidiis falcatis, 23 × $3^1/_2$, 3-septatis, hyalinis. — In ramulis Solani Dulcamaræ, *Colfosco,* Apr. 1874.

— **Helianthi**: acervulis minutis roseis, sæpe confluentibus; basidiis ut præcedentis; conidiis falcatis 22 × 4. — In caule Helianthi annui, *Conegliano,* Martio 1876.

— **Maydis**: acervulis gregariis, passim confluentibus, cetcrum ut forma *Calystegiæ;* conidiis 50–60 × 6, 5-septatis. — In culmo Zeæ *a Selva,* Aug. 1875.

— **Cucubali bacciferi**: acervulis minutis, roseis; conidiis magnis 65 × 8, 5–7-septatis, falcatis. — In caule Cucubali bacciferi, *Selva,* Sept. 1873.

— **Lupini albi**: acervulis pulvinatis, minutis, interdum confluentibus, amœne cinnabarinis; basidiis variis, longis gracilibus, iterato-ramosis, ramulis nodulosis v. fusoideis crassis, quandoque ex hyphis repentibus oriundis; conidiis fusoideo-falcatis 45–55 × 4, 4–6-septatis. — In leguminibus Lupini albi, *a Selva.*

— **Filicis**: acervulis pulvinatis effusisque; basidiis ramosis; conidiis rectiusculis, 25 × 5, 3-septatis. — In stipite Pteridis, socia *Giberella Saubinetii,* in sylva *Montello,* Sept. 1873.

277. **Fusarium** (Selenosporium) **lateritium** Nees. — In ramis Robiniæ, *Selva, Conegliano,* 1876. — Conidia falcata, 30–40 × 4–5, utrinque acuta, 4–5-septata, basidiis opposito-ramosis suffulta.

278. **Fusarium** (Selenosporium) **pyrochroum** (Desm.) Sacc. Mich. I. 534. — In ramulis Sambuci nigræ et Aceris Negundinis, *Conegliano, Padova.*

279. **Fusarium** (Selenosporium) **pallens** Nees-Myc. Ven. n. 570, Fungi Ven. Ser. V. 197. — In ramis corticatis Populi *a Selva* e *Conegliano.* — Hyphæ re-

pentes complicatæ et stroma densiuscule cellulare, sordide album efformantes; basidia simplicia vel parce ramulosa, ramulis fusoideis; conidia fusoideo-falcata, 50 = $4^1/_2$–5, 3–5-septata, subhyalina.

280. **Fusarium** (Fusisporium) **Solani** (Mart.) Sacc. *Fusisporium Solani* Mart. — In tuberibus Solani tuberosi, *Verona,* Sept. 1874. — Conidia falcata, 5-septata, 60 = 7–8, sub-hyalina.

281. **Fusarium** (Fusisporium) **Georginæ** Berk. — *F. rhizophilum* Corda, nec *F. Georginæ* Corda. — In radicibus tuberosis Georginæ, *Padova,* Martio 1875. — Hyphæ filiformes prælongæ, intricatæ, initio albæ dein carneæ; conidia falcata, 30–40 = 4, obsolete 3-septata.

282. **Fusarium Urticearum** Corda, *F. lateritium* Nees var. *Mori* Desm. — In ramulis Fici Caricæ, *Vittorio,* Nov. 1874. — Conidia in basidiis fusoideis ramosis acrogena 28–30 = 3, curvata, utrinque acuta, 3-septata, hyalino-rosea.

283. **Fusarium oxysporum** Schl. ***aurantiacum** (Corda) Rabh. — In epicarpio Cucurbitæ Peponis, *Vittorio,* Oct. 1874. — Conidia fusoideo-falcata, utrinque acutissima, 50–55 = 5, 5-septata, basidiis acicularibus, ramosis, suffulta. Acervuli lati, aurantiaci. A *F. reticulato* Mont. probe diversum.

284. **Fusarium reticulatum** Mont. Ann. Sc. Nat. Bot. II. 20 p. 379 pl. 36 fig. 3. — *F. cyclogenum* Sacc. p.p. (nempe exclusis conidiis ovato-oblongis ad *Glœosporium lagenarium* (Pass.) pertinentibus). — In Citrullis, *Selva, Padova.*

385. **Fusarium** (Fusisporium) **aurantiacum** Link. In baccis putrescentibus Solani Lycopersici, *a Selva,* Aug. 1874–75. — Hyphæ repentes, varie ramosæ, hinc inde basidia subsimplicia brevia ferentes; conidia falcata, utrinque acuta, 25–30 = $3^1/_2$–4, e hyalino aurantiaca.

286. **Fusarium** (Fusisporium) **incarnatum** Desm. In foliis emortuis Tussilaginis Farfaræ, Rhinanthi, Lupini etc. — Acervuli diffusi, ex albo incarnati, te-

nuissimi; hyphæ repentes intricatæ; basidia subsimplicia fusoidea; conidia falcata, 35–45 = $3^1/_2$–4, 3–5-septata, carneola.

287. **Fusarium** (Selenosporium) **rimicolum** Sacc. Crassum, innato-erumpens, carneum, compactiusculum; hyphis vage ramosis septulatis; sporophoris ex hyphis oriundis, assurgentibus, dichotome ramosis, septulatis; conidiis acrogenis tereti-fusoideis, lenissime curvis, 15–18 = $3^1/_2$–$4^1/_2$, utrinque obtusiusculis, 3–4-septatis e roseo hyalinis. — In rimis trunci putrescentis Erythrinæ Cristæ-galli in Horto Patavino, Apr. 1880 (Bizzozero).

288. **Fusarium** (Eu-Fusarium) **obtusiusculum** Sacc. Effusum, applanatum, sordide roseum, margine villosulo; sporophoris ex strato proligero flavicante fasciculatim assurgentibus repetito-dichotomo- vel opposito-ramosis, 40–45 = 3–4, septatis, e roseo hyalinis; conidiis cylindraceis, curvulis, utrinque rotundatis, 16–19 = 4–5, 4–5-guttulatis, dein 3–4-septatis non constrictis, hyalinis. — In hibernaculis putrescentibus Nelumbii in Horto Patavino, Majo 1880. — Habitus *Fusarii rosei,* sed conidia diversa.

289. **Illosporium flaveolum** Sacc. Cespitulis minutissimis, subglobosis, gregariis, flavidis, $^1/_8$ mill. d.; hyphis dichotome ramosis, tortuosis, 8 micr. cr. intus guttulatis, apicibus curvatis, rotundatis (denique secedentibus?). — In ligno putri quercino in sylva *Montello,* Aug. 1880.

290. **Sphacelia typhina** (Pers.) Sacc. Late effusa foliorum vaginas v. rachides spicarum ambiens, ceraceo-crustacea, pallide carnea; basidiis e strato proligero oriundis bacillaribus, sursum leniter attenuatis, 20–24 = $1^1/_2$–2, hyalinis; conidiis acrogenis, ovoideis, 4–5 = 3, hyalinis. — In vaginis Dactylis glomeratæ *a Conegliano* (Spegazzini) et in rachide Tritici juncei *al Lido di Venezia* (Penzig) æstate 1879-80. — Status conidicus *Epichloës typhinæ* (Pers.) Tul. — In forma Dactylis basidia deorsum cum cellulis teretibus septatis strati proligeri confluunt, apiceque acutius cuspidata sunt.

291. **Dendrodochium microsorum** Sacc. Myc. Venet. Cent. XV. Acervulis superficialibus, facileque secedentibus, gregariis, minutissimis, $^1/_6$–$^1/_5$ mill. d., pulvinatis, dilute roseis; sporophoris ex hyphis repentibus parcis oriundis, dense fasciculatis, verticillato-ramosis, 20–25 = 1, ramulis sursum attenuatis; conidiis acrogenis ovato-oblongis, $3^1/_2$–4 = 1–$1^1/_4$, e roseo hyalinis. — In culmis Arundinis Donacis udis in Horto Patavino, Apr. 1880.

292. **Dendrodochium roseum** Sacc. Mich. II. 131. *Fusarium roseum* f. *Solani* Sacc. Myc. Ven. n. 367, Cooke F. B. n. 339. — In caulibus Solani nigri *a Selva,* et culmis Zeæ *a Conegliano.* — Basidia bifida vel trifida vageve ramulosa: conidia ovoidea, 4–5 = 2–3, subhyalina, acrogena.

293. **Hymenula cinnabarina** Sacc. Mich. II. 175. Lecta fuit quoque in truncis decorticatis v. corticatis Mori nigræ et Platani *Conegliano, Padova* (Spegazzini, Bizzozero). — Exemplaria majora pulcherrima observavi; in iis sporodochii basis est cupuliformis et candida, ex qua surgit discus convexus cinnabarinus. Conidia et basidia ut descripsi: conidia vero sæpe 2-guttulata.

294. **Volutella gilva** (Pers.) Sacc. *Conoplea* Pers. *Psilonia* Fr. Sporodochiis sparsis, erumpentibus, pulvinatis, $^3/_4$–1 mill. d., compactiusculis quandoque oblongis, 1–$1^1/_2$ mill. long., sordide flavis v. rubescentibus, setis filiformibus valde flexuosis 150–200 = 5–6, septatis, ochraceis, sursum asperulis vestitis: conidiis cylindraceis rectis utrinque obtusiusculis, 11–13 = $1^1/_2$–$2^1/_2$, 2-guttulatis, hyalinis basidiis dense fasciculatis filiformibus, 15–20 = $1^1/_2$–2, hyalinis suffultis. — In foliis putridis Plantaginis majoris, in caulibus Omphalodes vernæ, *Conegliano,* vere 1877. — Habui quoque in caule Urticæ dioicæ, *Rastatt,* Majo 1877 a Doct. Schröter. — Affinis *Vol. isabellinæ* (Corda sub *Chætostromate*), quæ differt setis rectis eseptatis, conidiis dimorphis etc.

295. **Tubercularia Berberidis** Thüm., Speg. Nov. Add. n. 138bis — In ramulis Berberidis vulgaris, *S. Croce* (*Belluno*) Sept. 1878.

296. **Volutella Buxi** (Corda) Berk. *Chætostroma Buxi* Corda Icon. fung. II. fig. 107 (1838). — In pagina inferiore foliorum Buxi sempervirentis et balearicæ, *Padova, Selva,* sociis *Nectriella Rousseliana* et *Verticillio Buxi.* — Setæ roseo—hyalinæ, septatæ, apice obtusiusculæ, 100–120 = 4. Conidia oblongo–fusoidea, utrinque acutiuscula, 10–11 = $3^1/_2$–$4^1/_2$, 2-guttulata e hyalino rosea, basidiis fasciculatis sursum acutioribus, 15–20 = $2^1/_2$, hyalinis suffulta.

297. **Coremium vulgare** Corda. *C. glaucum* Lilieb. *C. glaucopus* Pers. In quisquiliis putridis cum *Mucore,* in sylva *Montello.* — Conidia subglobosa 3–$3^1/_2$ micr. d., stipites coaliti albi; capitulum glauco–virens.

298. **Sporocybe tessulata** Sacc. Gregaria, setuliformis, atra; stipitibus bacillaribus erectis, ex hyphis pluribus fuligineis compositis, 400 = 40, hyphis apice relaxatis pallidioribus sporigerisque; conidiis capitato—congestis, obtuse cuboideis, 5-6 = 4, basi minutissima apiculatis, intus dilute fuscis, extremitatibus subdiaphanis. — In caulibus Dianthi Armeriæ in sylva *Montello,* Sept. 1880. — Conidiis distincte *cuboideis* facile distinguenda species.

299. **Ceratium hydnoides** A. S. In lignis putrescentibus *a Selva, Vittorio,* aut. 1878–79. — Stromata teretia simplicia vel parce ramosa, candida, ex hyphis fertilibus (sporophoris) patulis brevibus velutina; conidia ovoidea, 10–12 = 8, vel globosa 10 micr. d., intus minute pluri–guttulata, hyalina.

300. **Isaria clavata** Ditm. In cortice putri Salicis, *Sermide* (*Mantova*) Nov. 1876 (Magnaguti). — Stromata clavata, alba, fibrillis subexertis vestita, conidiisque globulosis, 2–3 micr. d. hyalinis conspersa.

301. **Rœsleria pallida** (Pers.) Sacc. *Calicium pallidum* Pers. in Ust. Anno Bot. VII. p. 20 t. III. fig. 1-3! *Embolus pallidus* et *stilbeus* Wallr. Crypt. Germ. IV. 564–565. *Coniocybe pallida* (Pers.) Körb. Parerg. 300, *C. stilbea* (Ach.) Körb. Syst. Lich. 300. *Rœsleria hypogœa* Thüm. & Pass. Pilze d. Weinst. p. 120 t. IV. fig. 9(?). *Sphinctrina coremioides* B. & Br. Grev. II.

165 (et sec. exempl. Phillipsii). — In radicibus nondum emortuis Vitis viniferæ *a Conegliano* (Spegazzini). — Conidia in hypharum apice, initio guttulato, scissiparitate generata compresso–globosa, 5 micr. e fronte, 4 e latere, fumose hyalina, crassiuscule 1–guttata. — Cfr. fusiorem meam descriptionem et icones in Roum. Rev. Mycol. Janv. 1881. — *Heydenia alpina* Fres. (Beitr. t. V. fig. 37–44) proxime congener videtur, at differret (si icones fidæ) contextu subparenchymatico stipitis, sporophoris septulatis, conidia etiam pleurogene generata. Etiam *Scleromitra cinereo-alba* Bon. Hand. 141 t. X. fig. 213 (nec *Scleromitra* Cordæ) simili fabricâ constructa videtur.

302. **Stysanus medius** Sacc. Gregarius v. subsparsus, ater, setuliformis; stipitibus subteretibus, 300–400 ≈ 30, ex hyphis filiformibus, 3 micr. d., septulatis fuligineis compositis; hyphis sursum relaxatis pallidioribus, apiceque sporigeris; conidiis in paniculam strictam digestis ovato–oblongis, 5–6 ≈ 3–3½, olivaceo-fuligineis, catenulatis, dein secedentibus. — In superficie vini subexsiccati, *Padova,* Nov. 1880. — Species inter *Stysanum Stemonitem* et *St. microsporum* media.

Mycelia sterilia

303. **Asteroma Orobi** Fuck. Symb. 386. — In foliis Orobi verni in sylva *Montello,* frequens.

304. **Asteroma alpinum** Sacc. Maculis minutis subcutaneis atris ex hyphis radiantibus efformatis; hyphis ramosis toruloso–septatis, fuligineis, articulis nucleatis 10–20 micr. d. — In foliis Arctostaphyli alpinæ, *Cadore,* æst. 1874 (S. Venzo).

305. **Asteroma Mali** Desm. Ann. Sc. Nat. VIII. Not. p. 13. — In pagina superiore foliorum Pyri Mali *a Selva e Cadore.*

306. **Ozonium lignorum** Fic. in Rabh. D. Crypt. Fl. 61. — In ligno juglandino putrescente, *Padova,* Febr. 1873. — Hyphæ subparallelæ, filiformes, laxe intextæ parce et vage ramosæ, remote articulatæ, 3–4

micr. diam. ex olivaceo rufescentes stratum satis effusum efformantes.

307. **Ozonium parietinum** Link. in Wild. Sp. pl. VI. p. I. p. 139. Myc. Ven. Cent. XV. — In parietibus cellæ vinariæ *a Gorgo,* aut. 1868 (P. P. Martinati).

308. **Sclerotium vulgatum** Fr., Wallr. Crypt. Germ. IV. 140. — In caule putrescente Orchidis in *M. Sol,* aut. 1880 (A. Rossi). — Est forma pallide testacea.

309. **Sclerotium cepivorum** Fr. Summa Veg. 478. — Inter tunicas bulborum Allii Cepæ, quos corrumpit, *Castel d'Ario, Mantova* (Ab. Masè). — Conceptacula minuta, sphæroidea, gregaria, atra, tegumento distincte parenchymatico fuliginco, intus cellulis varie ramosis intricatis albis farcta.

SPECIES ADDENDA:

1498. **Melanconium Desmazierii** (B. & Br.) Sacc. *Discella Desmazierii* B. & Br. — In ramis corticatis emortuis Tiliæ, *Lyon,* Majo 1880. **T.** (4903). — Acervuli subcutanei, depresse pulvinati, absque perithecio, nigri, non vel vix erumpentes; conidia breve fusoidea utrinque obtusiuscula, 30–35 = 6–10, amœne azurrea, triguttulata, basidiis filiformibus, sæpius furcatis, 50–60 = $1^1/_2$, hyalinis suffulta.

Didymosporæ

1499. **Marsonia truncatula** Sacc. Mich. I. 221 (Gloeosporium.). — In foliis languidis Aceris Negundinis. **B.** (172).

Phragmosporæ

1500. **Coryneum Corni-albæ** (Roum.) Sacc. **F. G.** 571 (*Sphæria*). — Acervulis gregariis innato–erumpentibus, pulvinatis, $^1/_2$–1 mill. d., denique epidermide rupta cinctis; conidiis oblongis utrinque acutiusculis, 20–22 = 9, triseptatis, non constrictis, totis fuligineis, basidiis filiformibus 18–20 = 1 suffultis. — In ramis Corni albæ emortuis, *Perpignan,* Sept. 1878. **R.**

1501. **Coryneum Kunzei** Corda, Sacc. Mich. II. 169. **F. G.** 524 (*C. disciforme* Nees) et 634. — In ramis corticatis quercinis. **M. Lb.**

1502. **Pestalozzia pezizoides** DNtrs. In lignis putrescentibus (Juglandis?) *Lyon,* Apr. 1880. **T.** (4810).

1503. **Scolecosporium Fagi** Lib. **F. G.** 676. — *Coryneum macrosporum* Berk., *Sporidesmium vermiforme* Riess. In cortice fagineo socia *Massaria macrospora* (Desm.) cujus est status conidiophorus, *Malmedy.* **Lb.** — Conidia fusoidea 100 = 15, fuliginea sursum incurvo–attenuata subhyalina, 7–8–septata, guttulataque, breve, crassiuscule stipitata. — Etsi species jam edita, genus Libertianum servandum censeo, nam a *Coryneo* differt conidiis hyalino–rostratis, brevissime stipitatis; a *Sporodesmio* præsentia stromatis etc. etc.

PROSTHEMIELLA Sacc. nov. gen. Conceptacula innata, dein erumpentia, perithecio vero destituta; conidia copiosissima cylindracea, deorsum crassiora, plura basi (*Prosthemii* ad instar) stellatim connata, hyalina, septulata. — A *Prosthemio* defectu perithecii, conidiis hyalinis &c. facile dignoscitur.

1504. **Prosthemiella formosa** Sacc. & Malbr. Conceptaculis convexo-pulvinatis, diu peridermio tectis dein irregulariter erumpentibus, basi nigricantibus, disco amœne aureis, $^3/_4$–1 mill. d., conidiis 3–8 stellatis, obclavatis, 40–45 ≈ 4, deorsum septulatis et sæpe torulosis, granulosis, hyalinis, cellula centrali varie angulosa. — Ad ramos fagineos, *Brionne*. **Mb.** (152). — Fungus cum nullo commutandus! — *Prosthemium formosum* Lib. Herb. n.° 601 huc spectat.

Scoleco-allantosporæ

(991). **Næmaspora croceola** Sacc. In cortice quercino et fraxineo. **R.** (159. 174. 251). — Basidia in forma *Quercus* 20–25 ≈ 1, in forma *Fraxini* 15 ≈ 3; spermatia in utraque 4–5 ≈ $^3/_4$–1.

1505. **Cylindrosporium Ranunculi** (Bon.) Sacc. f. **Calthæ**. — In ejusdem foliis languidis, *Saintes*. **B.**

1506. **Blennoria Buxi** Fr. **F. G.** 593. — In foliis languidis Buxi sempervirentis, Guepin. **M.** — Conceptacula dein erumpentia epidermideque laciniatâ cincta, compactiuscula, argillaceo-fusca, $^3/_4$–1 mill. d.; basidia prælonga, filiformia, iterato dichotome ramosa sursum in conidia cylindrica, utrinque truncata, 12–15 ≈ $2^1/_2$–3, biguttulata, hyalina, catenulata abeuntia.

Hyphomyceteæ

Mucedineæ

Micronemeæ

Oo-bactrosporæ

1507. **Bacillus Anthracis** Cohn. **F. G.** 800. — In sanguine Bovis Tauri anthrace infecti, 1878. —

Conidia cylindrica utrinque truncatula, 5–6 = 1/2, hyalina, in catenulas digesta. — Ut notum est fungi hujuscemodi ad familiam propriam *Schizomycetum* ducuntur; et revera, licet characteribus ad *Cylindria* accedant, tota biologia differunt.

1508. **Microstroma leucosporum** (Mont.) Niessl. In pag. inferiore foliorum Juglandis regiæ. **R.** (22. 168). — Conidia breve fusoidea, 8 = 3, hyalina.

1059. **Oospora rhodella** Sacc. & Th. Cespitulis sparsis, gregariis minutis, planis, dilute roseis; hyphis filiformibus vage ramosis, sporophora teretiuscula brevia hinc inde exerentibus; conidiis breve fusoideis, obtusiusculis, 4–5 = 1 1/2–2, e hyalino roseis, catenulatis, mox secedentibus. — In cortice interiore Pini, *Lyon.* **T.** (4996). — Peraffinis *O. hyalinulæ* Sacc., a qua colore et situ præcipue differt.

1510. **Oospora? Uredinis** (Link.) Wallr. In pag. inferiore foliorum Rubi una cum *Uredine,* **Mb.** (120). — An productio erineacea sit dubium manet.

Phragmosporæ

1511. **Septocylindrium Bonordenii** Sacc. ***S. minusculum**: conidiis quam in typo paulo minoribus, nempe 20–25 = 3–3 1/2, lenissime curvis, 3–septatis, 4–6–guttulatis, hyalinis. — In calamo putri et udo Scirpi, *Lyon,* Majo 1880. **T.** (4994).

Macronemeæ

Oosporæ

1512. **Oidium Passerinii** A. Bert. fil. in N. G. Bot. Ital. 1879. — In foliis Lauri lusitanicæ. **R.** (332).

1513. **Verticillium Buxi** (Link.) Sacc. **F. G.** 528 (*Fusidium*). — In pag. inferiore foliorum Buxi sempervirentis, *Melun,* Roussel.

1514. **Verticillium nanum** B. & Br. In Corticio lacteo ad Ailanthum. **R.** (247). — Hyphæ rami spurie verticillati, sæpius apice furcati; conidia ovato–oblonga, 3 = 1, cum tota planta albo–hyalina.

1515. **Verticillium Candelabrum** Bon. In foliis emortuis putrescentibus Magnoliæ grandifloræ. **R.** (36). — Conidia ovoidea 4–4½ = 3, hyalina; cæspites latiusculi, candidi, depressi, velutini.

1416. **Botrytis vulgaris** (Pers.) Fr. ***condensata**: cæspitulis suberumpentibus, condensatis, griseis; conidiis 10–12 = 9–10. — In stromate Tuberculariæ v. affinis in Platano, *Lyon.* **T.** (4897).

1517. **Botrytis carnea** Schum. In foliis putridis quercinis. **T.** (5092). — Conidia asperula, globosa, rosea, 4½–5 micr. diam.

1518. **Botrytis reptans** Bon. In cortice interiore Populi putrescente, *Lyon,* Majo 1880. **T.** (4979). — Hyphæ expansæ, sursum assurgentes, sæpe furcatæ, septulatæ, hyalinæ, 3–4 micr. cr.; conidia ad apices ramorum inserta, globosa, 2½ micr. d. hyalina. Cæspites latiusculi, albi, initio pulveracei, dein compactiusculi.

1519. **Botrytis fulva** Link. In ramis putridis quercinis. **R.** (21). — Conidia globosa, 4½–5½ micr. d., asperula, fulva.

1520. **Botrytis geniculata** Corda. In ligno putri quercino. **R.** (356). — Conidia oblongo–ovoidea, 6–8 = 4, olivaceo–argillacea.

1521. **Botrytis gemella** (Bon.) Sacc. *Phymatotrichum gemellum* Bon. Handb. fig. 138. — In cortice duriore Populi nigræ. **R.** (123); in ligno pineo. **R.** (212). — Conidia in hypharum ramorum apice bifurcato, parum incrassato atque muriculato congregata, ellipsoidea, 6–5, vel (in forma *pinea)* globosa 6–7 micr. d. subhyalina.

1522. **Botrytis cinerea** Pers. ***sclerotiophila** (Kl.) *Polyactis sclerotiophila* Kl. H. M. 1668. — In Sclerotio duro ad caules Umbelliferarum. **G.** (1). Hyphæ dense fasciculatæ, fuligineo–cinereæ, septulatæ, non v. vix ramosæ, sursum nodulosæ; conidia e nodulis oriunda, ovoidea, 8–9 = 6, subhyalina. — *B. vulgari* affinis.

1523. **Sporotrichum flavo-virens** Link. Spec. pl. VI.

p. I. 17. — In ramis corticatis quercinis putrescentibus. R. (346). — Hyphæ breviusculæ, parce ramulosæ, in cæspitulos minutos flavo-virentes collectæ; conidia acrogena globosa, 3 micr. d., flavo-olivacea, 1-guttulata.

1524. **Sporotrichum merdarium** Link. Speg. pl. VI. p. I. 10. — In excrementis humanis. R. (231). Cæspituli flavissimi, subpulveracei; hypharum ramuli sæpe trifidi, subasperuli; conidia globosa, 9–10 micr. diam., muriculata, flava.

1525. **Sporotrichum grisellum** Sacc. Effusum velutinum, pallide griseum, denique pulveraceum; hyphis repentibus parce ramosis, subcontinuis, fertilibus assurgentibus, subsimplicibus v. breve et parce ramulosis, continuis, 40–60 = 2, pallide griseo-olivascentibus, sursum nodulosis; conidiis acro-pleurogenis, sphæricis, 3 micr. d. concoloribus, 1-guttulatis. — In ramis corticatis putrescentibus Ulicis Europæi. B. (133).

1526. **Nematogonium aurantiacum** Desm. In cortice udo Platani orientalis. R. (124).

1527. **Spicaria elegans** (Corda) Harz. In culmo Sorghi putrescente. R. (263). — Rami subverticillati, apice sæpius 3-ramulosi; conidia catenulata, subellipsoidea, 3–4 = $1^3/_1$–2, hyalina. Cæspituli candidi, dein pulverulenti.

1528. **Penicillium glaucum** Link. In caulibus, corticibus etc. putridis. R. (252). T. (4937). — ***versicolor.** In subere putri. T. (4399).

1529. **Aspergillus glaucus** (Luin.) Link. In fructibus putridis &c. R. (30).

1530. **Trichoderma viride** Pers. In cortice quercino putri. R. (347).

1531. **Monilia sitophila** (Mont.) Sacc. *Penicillium sitophilum* Mont. Syll. 301. *Oidium aurantiacum* Lév. ex Mont. — In medulla panis corrupti, *Lyon.* T. (5090, specimina pulcherrima). — Hypha primaria ex mycelio repente assurgens, 120–130 = 12, parce septato-constricta, sursum in ramos bis dichotomos divisa; rami ramulique crassiusculi, crebre septati et facile se-

cedentes; conidia acrogena, breve concatenata, globosa 10–12 micr. diam., basi distincte apiculata, indeque isthmico—conjuncta. Tota plantula cæspitulos effusos amœne roseo—aurantiacos efformat.

Didymosporæ

1532. **Didymaria Ungeri** Corda. *Ramularia didyma* Ung. In foliis Ranunculi repentis. **L.** (1383).

1533. **Bostrichonema alpestre** Ces. Erbar. critt. ital. n.° 149. — In pag. inferiore foliorum Polygoni Bistortæ in horto botanico *Lyon,* Oct. 1880. **T.** (5334). — Hyphæ cæspitulosæ, fasciculatæ, candidæ, eximie spiraliter flexæ, 130–140 = 5–6, deorsum parce septatæ, non constrictæ, sursum subattenuatæ; conidia acrogena (et pleurogena?) ellipsoidea diu continua, denique 1-septata, leniter constricta, 20–22 = 14–15, nubilosa, hyalina, e latere curvula. — Genus pulchellum præcipue hyphis spiralibus a *Didymaria* diversum.

Phragmosporæ

1534. **Ramularia Ulmariæ** Cooke Grev. IV. 109. In pagina inferiore foliorum Spirææ Ulmariæ. **L.** (1372). — Hyphæ fasciculatæ simplices v. raro brevissime ramulosæ, parce septulatæ 30–50 = 4, hyalinæ; conidia cylindracea diu continua, denique 1-septata, 25 = 5, hyalina.

1535. **Ramularia gibba** Fuck. In foliis Ranunculi auricomi. **L.** (1368). — Conidia 18–20 = 3, plerumque continua; hyphæ brevissimæ, continuæ, 20–25 = 3, hyalinæ.

Dematieæ

Micronemeæ

Amerosporæ

1536. **Coniosporium socium** Sacc. & Roum. Cæspitulis hypophyllis, minutis, nigris; conidiis globulosis, 8 micr.

d., basi breve apiculatis, olivaceo-fuligineis, guttulatis. In foliis quercinis *Aubenas* (*Ardèche*). **T.** — Forte status micro-conidicus *Cookellæ microscopicæ* Sacc.

1537. **Coniosporium Ananassæ** (Zimm.) Sacc. **F. G.** 738 (*Gymnosporium*). — In pag. inferiore foliorum Ananassæ sativæ, *Marseille.* **R.**

1538. **Echinobotryum atrum** Corda. In cortice interiore populino putrescente **T.** (4925. 4977) socio *Stysano Stemonite.* — Conidia obpyriformia, sursum subrostellata, 10–12 = 7–8, verruculosa, fusca, apice pallidiora.

Didymosporæ

1539. **Bispora monilioides** Corda **condensata** Corda **F. G.** 737. — In ligno fagineo putri ubi tapetum latum velutinum nigrum format; conidia 20–30 = 8, aterrima.

Phragmosporæ

1540. **Septonema obscurum** Berk. & Br. Grev. 1874 p. 15. — In ligno putri. **B.** (144). — Cæspituli minuti atri; hyphopodia teretiuscula, continua, brevia; conidia catenulata tereti-fusoidea, 1–3-septata, 14 = 4, lenissime constricta, fuliginea.

1541. **Closterosporium Therryanum** Sacc. & Roum. Effusum, nigrum, subpulveraceum; conidiis cylindraceis, utrinque rotundatis, biseptatis, non constrictis, 3–4-guttulatis, 20 = 4, fuligineis, basidiis paulo brevioribus subfasciculatis initio suffultis. — In cortice interiore Ailanthi glandulosæ in horto botanico *Lyon,* hieme 1879. **T.**

1542. **Gyroceras Celtidis** Mont. & Ces. In pag. infer. foliorum Celtidis australis, *Algeria,* Julio 1880, Trabut (18).

Dictyosporæ

1543. **Sirodesmium granulosum** DNtrs. nec Mich. II.

290 *). — In ligno abietino putri. R. (292). — Conidia catenulata tereti-oblonga, extus granuloso-muriculata, 28–38 = 10–15, muriformi-triseptata, olivaceo-fuliginea.

Macronemeæ

Amerosporæ

1544. **Stachybotrys lobulata** B. & Br. In charta bibula putrescente. T. (4392). — Conidia ellipsoidea, 8–9 = 7, fusca, denique distincte verruculosa. Icon. in Roum. Rev. Mycol. pl. IX. fig. 4 non ad hanc speciem sed ad *St. atram* Corda spectat.

1545. **Zygodesmus fulvus** Sacc. Michel. II. 147. In foliis putrescentibus quercinis. T. (5288).

1546. **Zygodesmus nodosus** Pr. Hoyersw. II. 74. ***versiformis**: effusus, ater; hyphis nodulosis hyalinis, hinc inde ad nodos refracto-septatis; conidiis ellipsoideis, rugulosis, 26–28 = 20–26, atris, siccis complicatis et tunc subnaviculariformibus. — In ligno vetusto decorticato prope *Le Sapey* (*Isère*) Junio 1879. T.

1547. **Trichosporium nigricans** Sacc. Mich. II. 125. f. **lignicola**. In ligno putri, socia *Hypocrea rigente*. T. (5268). — A typo differt conidiis paulo majoribus, nempe 10–12 micr. diam. æque nigricantibus guttulatisque.

1548. **Hadrotrichum Phragmitis** Fuck. In foliis languidis Phragmitis communis. T. (5278). — Hyphopodia dense fasciculata, 25–35 = 12 fuliginea;

---

*) *Sirodesmia* veneta sic distinguenda:

Sirodesmium antiquum Sacc. *Sir. granulosum* Sacc. Mich. II. 290, nec DNtrs. — Cæspitulis gregariis, atris; conidiis fasciculatis teretiusculis, utrinque rotundatis, catenulatis et interdum ramoso-catenulatis, 100–150 = 24, dense clathrato-septatis, extus leviusculis, fuligineis, hyphophodiis brevissimis et angustis, concoloribus, suffultis. — In ligno Oleæ europeæ, *Torreglia*, Apr. 1875. — Affine *Sporodesmio antiquo* Corda, a quo statim dignoscitur conidiis concatenatis. Sed *Spor. antiquum* Corda Icon. III. fig. 11 huc p. p. spectat.

Sirodesmium granulosum DNtrs. In ligno quercino, *Possagno*, æstate 1879. Conidia ut supra descripta.

conidia solitarie acrogena, globulosa, basi brevissime apiculata, 15 micr. d., concoloria.

1549. **Sporodum conopleoides** Corda. In foliis putrescentibus Arundinis Donacis. **R.** (153). — Conidia globosa, 12–14, ochraceo–fuliginea denique minute asperula.

1550. **Hormodendron cladosporioides** (Fres.) Sacc. Mich. II. 148. *Acrostalagmus murinus.* **F. G.** 529 non Ces. — In caule interiore Phytolaccæ decandræ, *Perpignan,* Febr. 1879. — A typo differt mycelio magis evoluto, an e situ clauso?

1551. **Circinotrichum maculiforme** Nees. In foliis putridis Magnoliæ grandifloræ. **R.** (147).

Didymosporæ

1552. **Cladotrichum Roumeguéri** Speg. Rev. Mycol. t. I. 148. **F. G.** 756. — In cortice Nerii Oleandri, *Marseille* et *Perpignan,* Rive, Debeaux.

1553. **Passalora bacilligera** (Mont.) Fr. In pag. inferiore foliorum Alni glutinosæ, socia *Sphærella* immatura. **T.** (5256).

1554. **Scolecotrichum graminis** Fuck. Symb. p. 107. *Azosma Punctum* Lacr. **F. G.** 740. *Passalora dactylina* Pass. Erb. critt. it. Ser. II. n.° 990. — In foliis arescendo ochraceo–maculatis Alopecuri geniculati, *Angers,* Doct. Guepin. — Hyphæ in fasciculum punctiforme dense aggregatæ, filiformes, simplices, sinuosæ, 90–100 × 8, subcontinuæ, fuligineæ; conidia acro–pleurogena, fusoideo–obclavata, 35–38 × 10, uniseptata, olivaceo–fusca. A genere affini *Fusicladio,* conidiis etiam pleurogenis differt.

1555. **Cladosporium compactum** Sacc. **punctatum*: acervulis gregariis punctiformibus; hyphis brevibus subcontinuis, 30 × 4; conidiis acrogenis oblongis, 25 × 2, sæpius continuis, olivaceis. — In ramulis Evonymi japonici. **Mb.** (119).

Pragmosporæ

1556. **Helminthosporium arundinaceum** Corda. In

foliis languidis Phragmitis communis, ubi maculas valde extensas velutinas, atro—olivaceas format. **T.** (5041. 5041bis). — Hyphopodia teretia basi incrassata, 1–2–septata, 50–60 × 8, olivacea; conidia obclavata 40–45 × 18, plerumque biseptata, e hyalino olivacea.

1557. **Helminthosporium leptosporum** Sacc. & Roum. Laxe effusum, atrum; conidiis obclavatis, 45 × 6–7½, sursum attenuatis, 8–9–septatis, fuligineis apicem versus pallidioribus, hyphis paulo brevioribus teretibus, septulatis, fuligineis suffultis. — In cortice Populi nigræ, socia *Botryte gemella,* prope *Lyon,* aut. 1879. **T.** — Affine *Helminthosporio obclavato* Sacc. sed multo minus et tenerius.

1558. **Heterosporium echinulatum** (B. & Br.) Cooke. In foliis languidis vel emortuis Iridis germanicæ. **R.** (52. 338). — Hyphæ crassæ, septulatæ, sursum nodulosæ; conidia tereti–oblonga, 40 × 20, sæpius 2–septata atque constricta, distincte muriculata.

Scolecosporæ

1559. **Cercosporella cana** Sacc. In foliis Erigerontis canadensis, *Lyon.* **T.** (5131), *Rouen.* **L.** (1375).

1560. **Cercospora olivascens** Sacc. Michel. I. 268 (1878). *C. Aristolochiæ* Roum. (1880). **F. G.** 757. In foliis Aristolochiæ longæ, *Perpignan.*

1561. **Cercospora Chenopodii** Fres. Beitr. p. 92. In foliis nondum emortuis Chenopodii albi. **T.** (5239), **L.** (1385). — Hyphæ fasciculatæ, subbacillares, simplices, continuæ vel 1–septatæ, 40–45 × 5–6, fuligineæ; conidia acrogena tereti–fusoidea, utrinque obtusiuscula, 60–70 × 8–10, lenissime curva, 4–5–septata, nubilosa, hyalina.

1562. **Cercospora smilacina** Sacc. **F. G.** 723 (*Septoria smilacina*). — Maculis amphigenis, subcircularibus, rubellis, fusco—marginatis; hyphis in cæspitulos gregarios punctiformes atros collectis, filiformibus, 40 × 3½, subdenticulatis, parcissime septatis, fuligineis;

conidiis acro—pleurogenis, anguste fusoideis, sursum acutioribus, 50–70 = 5, spurie 2–3-septatis, olivaceis. — In foliis languidis Smilacis asperæ, *Collioure,* O. Debeaux. — *Cerc. Smilacis* Thüm. Hedw. 1880 p. 135 hyphis crassis, conidiis hyalinis pluriseptatis differre videtur.

1563. **Cercospora Malvarum** Sacc. Maculis amphigenis olivaceis, nervis limitatis; hyphis in cæspitulos gregarios punctiformes, olivaceos collectis, filiformibus, septatis, 180–220 = 4–5, parce nodulosis, olivaceis; conidiis filiformibus, sursum acutioribus, 3—5—septulatis, leniter curvis, 120—130 = 3½—4, acro—pleurogenis, prorsus hyalinis. — In foliis nondum emortuis Malvæ moschatæ, *près Rouen.* **L.** (1371). — Maculis angulatis olivaceis a *Cerc. althœina* Sacc. in primis dignoscenda.

Dictyosporæ

1564. **Mystrosporium pyriforme** Desm. **F. G.** 755. In caulibus Eryngii campestris, Desmazieres, *Rouen* **Mb.** (137). — Hyphopodia teretia, parce septata, 40–60 = 10, fuliginea, e basi stromatica cellulari fusca nascentia; conidia acrogena obpyriformia, 45 = 18, tri–quadri–septato–muriformia, concoloria.

1665. **Macrosporium fasciculatum** Cooke & Ellis. In caule putri Jatrophæ Janiphæ. **R.** (361).

Tuberculariæ

Tuberculariæ mucedineæ

Amerosporæ

(1059). **Hymenula rubella** Fr., Corda Icon.! In culmo putri Phragmitis communis. **T.** (5343). — Basidia acicularia, quandoque furcata, 20–25 = 1; conidia acrogena cylindracea, utrinque obtusiuscula, recta curvulave, 5½–6½ = 1½, 2—guttulata, hyalina. — Sporodochia oblonga, nitidula, flavida, (forte initio rubella). *Dacryomyces Phragmitis* West., Kx. Fl. II. 115 verisimiliter huc spectat.

1566. **Psilonia Arundinis** Desm. (*Chloridium Festucæ* Corda huc relatum in Cooke IIndb. 624, differt conidiis dimidio et ultra minoribus. Cfr. Corda Icon. III. p. 7). — In vaginis Phragmitis communis putridis, *Lyon,* Junio 1880. **T.** (5017). — Acervuli denique expansi, rosei, setulis anguste filiformibus, 150 = 1, continuis hyalinis interseminati; conidia fusoidea, curvula, 15–18 = 3, quadriguttulata, hyalina, basidiis bacillaribus, 15 = 2, fasciculatis suffulta.

1567. **Psilonia pellicula** Desm. **F. G.** 638. In foliis Laricum putrescentibus. **Lb.** — Conidia cylindracea, lenissime curva, 5–6 = ½, basidiis filiformibus sesquilongioribus suffulta. An, setulis deficientibus, potius *Hymenulæ* species?

1568. **Volutella ciliata** (A. S.) Fr. In ramis putridis Gleditschiæ &c. **T.** (4998). — Est forma pulchella longiuscula stipitata.

1569. **Volutella gilva** (Pers.) Sacc. Mich. II. 298. *Psilonia gilva* Fr. **F. G.** 761. — In caulibus Veronicæ longifoliæ emortuis, *Angers,* Guepin.

Phragmosporæ

1570. **Fusarium violaceum** Fuck. **F. G.** 635. — In tuberibus Solani tuberosi. **Lb.**

Tuberculariæ dematiæ

Amerosporæ

1571. **Epicoccum purpurascens** Ehrb. In ramulis Robiniæ, inque foliis Sorghi. **Mb.** (178). **R.** (314).

1572. **Epicoccum nigrum** Link. v. **agyrioides** Corda. In ligno pineo aqua diu submerso. **R.** (31). — Conidia sphæroidea, pallidius apiculata, 15 micr. diam. atrofuliginea, rugoso-reticulata.

1573. **Myrothecium ellipsosporum** Fuck. In foliis putrescentibus Phragmitis communis. **R.** (33. 195). — Videretur *Chætostroma,* sed setæ nullæ; conidia fusoidea, 12–14 = 3, olivacea.

1574. **Myrothecium trochiloides** Sacc. Sporodochiis gregariis, suberumpentibus, disciformibus, nigris, $^1/_3$ mill. d. calvis; conidiis anguste fusoideis, leniter curvis, 8–10 = 2–$2^1/_2$, utrinque 1-guttulatis et acutiusculis, e hyalino olivaceis, basidiis dense fasciculatis filiformibus, interdum furcatis, 30–40 = $1^1/_2$, olivaceis suffultis. — In vaginis Phragmitis communis emortuis. **T.** (5200).

STILBEÆ

Hyalostilbeæ

1575. **Isaria filiformis** Wallr, ***cladogena**: filiformi-clavulata, candida, simplex $^1/_2$–$^3/_4$ mill. alta, sursum ob sporophora patula, apicem versus acutata asperula; conidiis globosis 3–4 micr. d. hyalinis v. dilutissime fumosis, sæpius 1-guttulatis. — In caulibus Alternantheræ purpureæ putrescentibus, *Lyon,* in calidariis, Apr. 1880. **T.** (4837).

1576. **Isaria farinosa** (Diks.) Fr. ***prolifero-ramosa.** In larvis insectorum, *Lyon.* **T.** (5199).

1577. **Isaria felina** Fr. **G. F.** 753. In stercore felino, socio *Mucore Phycomycete* in cryptis, *Paris,* legit MERAT, comm. FEUILLAUBOIS.

1578. **Isaria sulfurea** Fiedl. in Rabh. F. E. n.° 60 (non vidi). — In terra stercorata et in excrementis mammiferorum. **R.** (414). — Stromata gregaria, clavata, pallide sulfurea; stipes ex hyphis longitudinalibus transversisque filiformibus conflatus; conidia ex denticulis hypharum superiorum varie ramosarum, 4–6 micr. d., e hyalino flavidarum subpleurogena, globulosa, concoloria, 5–6 micr. d. granulosa. — Huc forte quoque spectat *Coremium citrinum* Pers. Stirps vero ob contextum intricatum stromatis, nec vere fasciculatum, tam ab Isaria quam a Coremio deflectit.

1579. **Rœslaria pallida** (Pers.) Sacc. Rev. Mycol. 1881 p. 2 pl. XI. fig. 1–9. Mich. II. 299, ubi jam addidi synonymon *Sphinctrina coremioides* B. & Br. Grev. II. 165 (et sec. exempl. cl. PHILLIPSII a cl. ROUME-

GUÈRE communicata). — In radicibus emortuis v. languentibus Vitis viniferæ, usque ad profunditatem metr. 1, *Rougeon, près de Buxy* (*Saône & Loire*), X. GILLOT & OZANON.

Phæostilbeæ

1580. **Stysanus Stemonitis** (Pers.) Corda. In cortice interiore populino, socio *Echinobotryo*. **T.** (4925. 4977). — Conidia 8 ≈ 5.

1581. **Stysanus microsporus** Sacc. In cortice interiore populino. **T.** (5138). — Conidia 4 ≈ 2–2½.

1582. **Stysanus parasiticus** Desm. Ann. Sc. nat. 3. X. p. 344. *St. sphæriæformis* Auersw. Myc. Eur. t. 11 fig. 149. *Sphæria Ariæ* DC. **F. G.** 790. — In foliis emortuis Pyri Ariæ, *Dreispitz,* NESTLER.

1583. **Graphium fasciculatum** Sacc. In ramis Rhois putrescentibus, socia *Eutypa heteracantha, Montpellier.* **R.** (40).

1584. **Arthrobotryum camptosporum** Sacc. & Therr. Stipitibus superficialibus, gregariis, teretiusculis, 150 ≈ 20, dilute ochraceis, ex hyphis filiformibus continuis coalitis formatis; conidiis capitatis ex hypharum apice relaxato oriundis, tereti-fusoideis, curvulis 15 ≈ 4, utrinque obtusiusculis, 4-guttatis, spurieve 3-septatis, dilutissime olivaceis. — In laminis librosis Populi emortuæ, Junio 1880. **T.** (4993). — Ab affini *Arthr. stilboide* Ces. differt conidiis curvis, obtusioribus, 4-guttulatis.

Mycelia

1585. **Asteroma reticulatum** (DC.) Chev. ***Eryngii.** In foliis Eryngii campestris. **R.** (368).

1586. **Asteroma Medusula** Dur. & Mont. In caule emortuo Ferulaginis nodifloræ. **R.** (258).

1587. **Asteroma Robergei** Desm. **F. G.** 633. In medulla Heraclei Sphondylii, DESMAZIERES.

1588. **Asteroma Ulmi** Desm. **F. G.** 632. In foliis languidis Ulmi campestris, *Lozère,* PROST.

1589. **Asteroma vagans** Desm. *A. **frigidum**. Fibrillis radiantibus copiosis, tenuibus, maculas subcirculares 2–4 mill. d., cinereo–nigricantes amphigenas efficientibus; peritheciis (vacuis) intermixtis, punctiformibus. — In foliis hieme frigidissimo 1879–80 necatis Evonymi japonici. **Mb.** (118). — Frequens quoque innotuit *Padova, Treviso, Firenze* eodem tempore.

1590. **Asteroma Bupleuri** Sacc. & Roum. Amphigenum maculas latas piceas subcontinuas efformans; peritheciis creberrimis, lenticularibus 80 micr. diam. (vacuis), hyphulis fuligineis conjunctis. — In foliis Bupleuri rigidi, *Lozieres* (*Gard*), aut. 1878. **T.** — Status *Sphærellæ*.

1591. **Pirostoma circinans** Fr.? — In vaginis Phragmitis communis emortuis, immaturum ergo dubium. **R.** (47).

1592. **Microsticta vagans** Desm. *Buxi. **F. G.** 674 (*Perisporium*). — In pag. inf. foliorum nondum emortuorum Buxi sempervirentis, *près de Limoges*, E. Lamy. — Fere absque dubio sistit incunabula *Microthyrii microscopici*.

1593. **Ectostroma Iridis** (Ehrenb.) Fr. **F. G.** 716 (*Leptostroma*). — In foliis Iridis Pseudo–acori, *Lozère*, Prost.

1594. **Sclerotium Convallariæ** Lib. **F. G.** 682. — In foliis delapsis Convallariæ verticillatæ. **Lb.**

1595. **Sclerotium inconspicuum** Lib, **F. G.** 681. — In squamis bulborum Allii Cæpæ. **Lb.**

1596. **Sclerotium Semen** Tode. In caule putri Brassicæ oleraceæ. **L.** (128·(9

1597. **Sclerotium Clavus** DC. **F. G.** 598 (*Spermœdia*) In glumis Secalis. **M.** — *Scl. tectum*. **F. G.** 578 potius formam immaturam *Phomæ* (*Diaporthis*) cujusdam refert.

1598. **Rhacodium Therryanum** Thüm. Inter acus Abietis putrescentes. **R.** (164).

1599. **Rhacodium cellare** Fr. **F. G.** 599 (*Zasmidium*). Ad dolia uda in cellis. **M.** — Adsunt hinc inde inter hyphas sphærulæ nitidulæ $^1/_2$ mill. d., satis fragi-

les a nonnullis mycologis tamquam perithecia sumptæ; sed (microscopice exploratæ) nil sunt nisi glomeruli ex hyphis elongatis varie et dense contexti, sporis omnino carentes.

1600. **Hypha speciosa** Humb. **F. G.** 597 (nec, ut videtur, *H. flabellata* Pers.). — In ligno abietino carioso, *Bagnères de Luchon.* **R.**

1601. **Himantia helvola** Pers. Mycol. Eur. I. p. 90. — In cortice interiore putrescente Populi putris, *Lyon,* Nov. 1880. **T.** (5273).

1602. **Rhizomorpha discreta** Pers. **F. G.** 799. — In interiore ligno Salicis putri, *Jura,* Chaillet.

1603. **Rhizomorpha subterranea** Pers. **F. G.** 798 In lignis corruptis in cryptis, *Autun,* X. Gillot.

R. putealis Pers., saltem ex exempl. **M.** in **F. G.** 697 nil est nisi cæspitulus caudiculorum musci cujusdam hydrophili (prob. *Cinclidoti*) foliis denique (præcipue ab aqua ruente) spoliati!

Cæcidia

1604. **Erineum Rubi** Kunze. In foliis languidis Rubi fruticosi amphigenum. **L.** (1448).

1605. **Erineum bifrons** Fee. **F. G.** 699. In foliis Tiliæ europeæ, epiphyllum. **M.**

1606. **Erineum juglandinum** Pers. **F. G.** 700. In foliis Juglandis regiæ, hypophyllum, Nestler.

1607. **Erineum pyrinum** Pers. **F. G.** 698. In foliis Pyri communis, *Lille,* Desmazieres.

SPECIES ADDENDÆ

1608. **Uromyces Laburni** (DC.) Fuck. In foliis Cytisi Laburni, *Arnas,* Gandoger.

1609. **Uromyces striatus** Schröt. In foliis Medicaginis sativæ, *Arnas,* Gandoger.

1610. **Uromyces Betæ** (Pers.) Kühn. In foliis Betæ Cyclæ, *Arnas,* Gandoger.

1611. **Puccinia Lychnidearum** Link. In foliis Silenes nutantis, *Arnas,* Gandoger.

1612. **Puccinia Balsamitæ** Rabh. In foliis Tanaceti Balsamitæ, *Arnas,* Gandoger.

1613. **Puccinia Oreoselini** (Str.) Fuck. In foliis Peucedani Cervariæ, *Arnas,* Gandoger.

1614. **Phragmidium obtusum** K. S. In foliis Potentillæ vernæ, *Gleizè,* Gandoger.

1615. **Æcidium Ferulæ** Rouss. & Dur. In foliis Ferularum, *Algeria,* Trabut (21).

1616. **Uredo Fici** Cast. In foliis Fici Caricæ, *Alger,* Trabut (8).

1617. **Lycoperdon hiemale** Bull. Ad terram *Alger,* Trabut (6).

1618. **Microthyrium Smilacis** DNtrs. In caulibus Smilacis, *Algeria,* Trabut (15). — Asci ovoidei 38 = 28, sessiles; sporidia octona conglobata, ellipsoidea v. subovoidea, 12–14 = 8–10, granulosa, hyalina. Contextus perithecii distinctissime radiato–parenchymaticus, fuligineus.

1619. **Coniothyrium Halymi** (Cast.) Sacc. **F. G.** 163 (*Fusisporium Halymi*), *Sphæria Halymi* Cast. — Peritheciis dense gregariis, innato–erumpentibus, amphigenis globoso–lenticularibus, vix 100–110 micr. diam., poro pertusis, contextu distincte parenchymatico fuligineo–olivaceo; spermatiis globosis, 5–6 micr. diam. dilute fuligineis, guttulâ subroseâ fœtis. — In foliis Atriplicis Halymi languidis, *Angers,* Guepin.

1620. **Vermicularia maculans** (Link.) Desm. **F. G.** 754 (*Exosporium*). — In caulibus Urtice urentis emortuæ. **M.**

FUNGI ALIQUOT EXTRA-EUROPÆI

AUCTORE

P. A. SACCARDO

---

1. **Favolus europæus** Fr. Ad truncos emortuos, *Ohio U. S. A.* Ellis (3363). — Perfecte congruit cum typo europæo.
2. **Pilobolus Œdipus** Mont. In stercore humano, *Newfield, New-Jersey, U. S. A.* Ellis (3360). — Status chlamydosporus sistens *Mycogonem ancipitem,* qualem delineat cl. Coemans Spic. Mycol. n.° 6 p. 11, fig. 5. Conidia nunc globulosa 20 micr. d., nunc ovoidea, 30–35 = 20, sæpe prope basim septata, leniterque constricta, intus granulosa, aurantiaca. Hyphæ dichotome vel vage ramosæ, repentes, septulatæ, flavidæ.
3. **Myxotrichum ochraceum** B. & Br. Grev. 1874 p. 184 ***coprogenum**. In stercore humano putri *Newfield,* Ellis, sed ad maturitatem culturâ provectum *Padova,* Febr. 1881. — Cæspituli e roseo ochracei, pulvinati, laxe gossipini, $^1/_2$ mill. d.; hyphæ assurgentes repetite dichotome ramosæ, parce septatæ, 4 micr. cr. ramuli ultimi sæpius curvuli flavo–ochracei, granulosi; sporæ ad apicem ramulorum tenuiorum initio *intra vesiculam sphæricam,* $8^1/_2$–10 micr. d., conglobatæ, sæpius octonæ, globoso–depressæ, 3–$3^1/_2$ micr. d. e fronte, 2 micr. e latere, flavo–ochraceæ, denique, vesiculâ dilabente, varie inspersæ. De præsentia vesicularum seu sporangiorum, sporas sæpius octonas continentium, nullum mihi est dubium; immo suspicio maxime probabilis adest et ceteras *Myxotrichi* et *Bolacotrichæ* species eadem fructificatione uti; auctores enim (Cfr. Fr. Summa 502, nota**, Cooke Handb. p. 612. 613, Wallr. Fl. crypt. 314 &c.) communi consensu sporas initio in

glomerulos conglobatas in iisdem speciebus describunt, prætervisâ vesiculâ, quæ cum revera nisi in prima ætatæ conspici non possit, facillime prætereunda est. Ex quibus præmissis, ut evidens est, necessitas oritur generis *Myxotrichi* et prob. *Bolacotrichæ* e grege Hyphomycetum ad illam Mucorinearum transferendi, indeque ejusdem delendi prout status conidioph. Chætomiorum qualem habet Fuck. Symb. p. 90 aliique.

PLEOCHÆTA Sacc. & Speg. nov. gen. Erysiphearum. — Perithecia subiculo mucedineo insidentia, globuloso–lenticularia astoma, contextu parenchymatico solidiusculo, setis copiosissimis radiantibus, bacillaribus, rectis, simplicibus, hyalinis cincta. Asci clavulati, bispori; sporidia continua, subhyalina. — Setis creberrimis rectis, contextu perithecii subcoriaceo, ascis teretiusculis &c., ab *Erysiphe* et *Uncinula* dignoscitur.

4. **Pleochæta Curtisii** Sacc. & Speg. Fung. Arg. pug. II. p. 44. *Erysiphe polychæta* Berk. & Ces. Grev. 1876 p. 159. *Uncinula Lynchii* Speg. Fung. Arg. pag. II. p. 17 n.° 54. — In pag. infer. foliorum Celtidis Talæ prope *Buenos-Ayres,* Apr. 1880 (Spegazzini). — Asci tereti-clavati, in stipitem basi nodulosum producti, 80–90 = 25–30, bispori; sporidia ellipsoidea, 25 = 17, hyalina.

5. **Saccardia Martini** Ell. & Sacc. Peritheciis in subiculo mucedineo ex hyphis tortuosis mox evanescentibus contexto, albo, laxe gregariis, superficialibus, globoso–depressis denique umbilicatis, astomis, nigricantibus, contextu minute anguloso–parenchymatico, fuligineo; ascis fasciculatis, oblongo–clavatis, brevissime stipitatis, apice rotundatis, 65–70 = 25–28, aparaphysatis, octosporis; sporidiis di–tristichis, oblongo-cylindraceis, sæpius curvulis, utrinque rotundatis, 6–7–septatis, septulisque 2–4 longitudinalibus divisis, ad septa leniter constrictis, granulosis, hyalinis. — In pagina superiore foliorum languentium Quercus laurifoliæ, *Florida, U. S. A.,* legit Doct. S. Martin, comm. J. B. Ellis. — Secunda generis Cookeani eximia species.

6. **Leptosphæria hyalospora** Sacc. In culmis Zeæ

Maydis, *Newfield, U. S. A.*, Ellis. — Asci 100–110 = 15–16: sporidia fusoidea, curvula, 32–35 = 6, utrinque acutiuscula, 8–10-nucleato-septulata, vix constricta, hyalina.

7. **Didymella lophospora** Sacc. & Speg. f. **Acetosellæ** Ellis. — In caule Rumicis putrescente, *Newfield,* Ellis. — Asci 80–90 = 8–10; sporidia disticha biconica, utrinque appendiculata, constricto-1-septata, 4-guttulata, 10–12 = 4 (sine append.) hyalina.

8. **Ophiobolus collapsus** Ell. & Sacc. Peritheciis gregariis, epidermide velatis dein erumpentibus, depresso-globulosis, $^1/_2$ mill. d., dein subcupulatis, nigricantibus, maculaque nulla insidentibus; ascis cylindraceis breve stipitatis, 80–110 = 8–10, octosporis; sporidiis bacillaribus, curvulis, circa medium noduloso-incrassatis, 70 = 2, 12–15-guttulatis, hyalinis. — In caule putrescente Trifolii pratensis, *Newfield,* Ellis. — Habitu refert *Oph. ulnosporum* (Cooke) sed asci et sporidia tenuiora, sporidiaque aliter formata.

9. **Trabutia quercina** (Fr. & Rud.) Sacc. Rev. Mycol. 1881 p. 27 t. XIV. fig. 2. — In pag. sup. foliorum Quercus laurifoliæ, *Florida,* legit Doct. G. Martin, comm. J. B. Ellis. — Specimina immatura.

10. **Eutypa velutina** (Wall.) Sacc. ***quercina**: ascis minoribus, nempe 22–26 = $3^1/_2$–4 (p. spor.); sporidiis etiam minoribus, 5–6 = 1, subhyalinis. — In ligno quercino, *Newfield,* Ellis (3353).

11. **Eutypa lejoplaca** (Fr.) Nitschke. In ligno Pyri, *Newfield,* Ellis (3389).

12. **Nectria Brassicæ** Ell. & Sacc. Peritheciis dense gregariis, globoso-conoideis, non collabascentibus, perexiguis, sanguineis, $^1/_8$ mill. d., ostiolo obtusiusculo conico; contextu laxe cellulari, roseo, cellulis peristomaticis, more solito, pyramidatis pallidioribus; ascis tereti-clavatis, 60 = 7–8, aparaphysatis, brevissime stipitatis, apice obtusis, octosporis; sporidiis oblongo-clavulatis, 10–11 = 4–$4^1/_2$, uniseptatis, hyalinis. — In caule putri Brassicæ, *Newfield,* Ellis. — Affinis *Nectriæ sanguineæ* (Sibth.) Fr.

13. **Calonectria erubescens** (Desm.) Sacc. Michelia I. 309. In foliis Quercus laurifoliæ subvivis, *Florida,* legit Doct G. Martin, comm. J. B. Ellis. — Asci tereti–fusoidei, 35–40 = 8–9; sporidia disticha oblongo–teretiuscula, 10 = 3, quadri–nucleata, spurieque 3–septata, hyalina.

14. **Diplodia Zeæ** Lév. In culmis Zeæ Maydis putrescentibus, *Newfield,* Ellis. — Stylosporæ tereti–fusoideæ, quandoque curvulæ, 25–30 = 6, fuligineæ.

15. **Leptothyrium? foraminulatum** Sacc. & Ell. Peritheciis gregariis superficialibus, punctiformibus, scutato–planis, astomis, nigris; contextu parenchymatico radiato, cellulis sæpe cuboideo–oblongis fuligineis, excentrice minute hyalino–uni–punctatis (simulate foraminulatis); sporis.... non visis. — In foliorum pagina superiore Ilicis opacæ, *Newfield,* Ellis. — Etsi fructificatio ignota, species ob cellulas perithecii punctulata distincta videtur.

16. **Pestalozzia monochætoidea** Sacc. & Ell. Acervulis gregariis, epidermide velatis, pulvinatis e globoso inæqualibus, $^1/_4$–$^1/_3$ mill. d., nigris; conidiis breve fusoideis, inæquilateralibus, 8–10 = 4, utrinque obtusiusculis, 3–septatis, non constrictis, loculis mediis fuligineis, extimis hyalinis, apice setulâ 8–10 = $^1/_2$ hyalinâ terminatis, basidiisque filiformibus 8–10 = $^1/_2$ suffultis. — In ramulis Spirææ emortuis, *Newfield,* Ellis. — Affinis *P. microsoræ* Sacc. Michel. II. 273.

17. **Colletotrichum Lineola** Corda, Mich. II. 271. *Psilonia apalospora* B. & C., Ellis North. Am. Fungi n. 54! In utraque pagina præcipue ad nervos foliorum languidorum Sorghi saccharati, *Newfield,* Ellis (3381). — Setulæ, conidia, basidia perfecte ut quæ l. c. descripsi. — A gen. *Psilonia* longe distat quia setæ stricte dematieæ, nec mucedineæ; a gen. *Ellisiella* Sacc. optime distinguitur conidiis muticis.

18. **Exosporium Tiliæ** Link. Ad ramulos Tiliæ, *Ohio U. S. A.* Ellis (3361).

19. **Hormomyces aurantiacus** Bon. Handb. p. 50 fig. 234. — In lignis et in hymeniis Polypororum pu-

trescentium, *Newfield, U. S. A.,* Ellis. — Conceptacula inæqualiter globulosa, $^1/_2$ mill. d., sæpe botryoideo–aggregata, superficialia, pulchre sanguinea, gelatinoso–duriuscula (saltem in sicco!); hyphæ seu flocci dense fasciculati, moniliformi–pluriseptati, ramosique; articuli seu conidia diu concatenata ellipsoideo–globosa, 7–9 = 7, guttulata et nubilosa, rubentia. — A specie Bonordenii differt colore purpureo potius quam aurantiaco, sed differentia ab ætate pendere potest.

20. **Botrytis geniculata** Corda, Michelia II. 385. In Hypoxyli coccinei superficie, *Newfield,* Ellis (3362).

21. **Monilia Martinii** Ell. & Sacc. Cæspitulosa v. effusa pallide lateritia, bombycina; hyphis sterilibus repentibus parcis, septulatis; fertilibus assurgentibus cylindraceis, 12–14 micr. cr., septatis sursum bis dichotome ramosis; conidiis ex ramorum apice oriundis, longiuscule et contigue concatenatis sed mox secedentibus, e globoso subcuboideis, 12–14 micr. d., pallide rubescentibus, eguttulatis, levibus. — In rachide putrescente Zeæ Maydis, *Florida,* legit. Doct. G. Martin, cui species jure meritoque dicata; comm. J. B. Ellis (3380). — Procul dubio *Moniliæ sitophilæ* (Mont.) Sacc. affinis; differt vero conidiis utrinque obtusis nec basi distincte apiculatis, aliterque coloratis.

22. **Helminthosporium Hirudo** Sacc. Fung. It. t. 54. In ligno et cortice duriore putrescente, *Newfield,* Ellis.

23. **Stemphylium botryosum** Wallr. ***S. asperulum**: effusum, hyphis ramosis, repentibus, subcontinuis, hyalinis; conidiis subglobosis 15–18 micr. d., 2–3–septatis nec non longitrorsum divisis, subasperulis, violaceo–fuscis. — In stercore humano, socio *Pilobolo* etc., *Newfield,* Ellis (3360 ex p.). — Distinctum videtur, sed unica vice observare contigit.

APPENDIX

AD SERIEM XII. FUNGORUM VENETORUM

ADDITIS FUNGIS PAUCIS INSUBRICIS

(Conferatur pag. 241)

---

311. **Agaricus** (Clitopilus) **angustus** Per. Syn. 345., Fr. Icon. select. t. 96 fig. 3. — In sylva *Cansiglio* inter folia putrida, Oct. 1875. — Pileus amœne cæsio-æruginosus, viscidulus ita ut fragmenta varia illo facile adhæreant; stipes basi filis mycelicis albis sæpe vestitus; sporæ ovoideæ, 7–8 = 5, 1-guttulatæ, sordide roseæ.

312. **Polyporus fomentarius** (L.) Fr., Sacc. M. V. n.° 14. 15. Huc spectat *P. Inzengæ* Ces. DNtrs, Inz. Fungi Sic. 17 t. II. fig. 1, Fr. Hymen. pag. 557, sed notandum est characteres quibus ill. Fries hanc speciem ut distinctam admisit, inconstantes esse, nam zona obscurior, hymenium a pileo limitans, sæpissime deest (Vid. Erb. critt. Ser. II. n.° 977) et contextus hymeniumque vere fulvo-ferruginea sunt, ut *Polyp. fomentarii,* neque subumbrina. Pileus revera in *P. Inzengæ* sæpius lacteus est, qui e fuligineo canescens describitur in *P. fomentario:* sed *P. Inzengæ* exemplaria annosiora permulta vidi quæ pileum fusco-cinerascentem ostendebant, exacte ut Bull. Champ. pl. 491 fig. II. F. quæ citatur ad *P. fomentarium.* Habeo insuper ex Austria *P. Inzengæ* exemplaria sub nomine *P. fomentarii.* An ergo *P. Inzengæ* status junior v. mera varietas *P. fomentarii?*

313. **Ceratitium laceratum** (DC.) Rabh. ***C. Chamæmespili** (Schleich.) *Æcidium Chamæmespili* Schleich. Cfr. DC. Fl. Fr. VI. 98. — In pagina inferiore foliorum Mespili Chamæmespili in Monte *Grappa* (A. Rossi). — Tuberculis compactis, subglobosis, rufescen-

tibus 2–4-aggregatis, pseudoperidiis brevibus, griseis, ore minute fimbriatis distinguitur.

314. **Puccinia helvetica** Schröt. In pag. inferiore foliorum Asperulæ taurinæ in *M. Generoso,* aut. 1880 (Penzig).

315. **Melampsora Epilobii** (Pers.) Fuck. Symb. Myc. 44. In foliis Epilobii Dodonæi, *Intra al lago Maggiore,* Sept. 1880 (Penzig).

316. **Physalospora montana** Sacc. Peritheciis laxiuscule et seriatim gregariis, globoso-lenticularibus innatis, denique vix erumpentibus, $^1/_6$ mill. d., ostiolo brevissimo obtuse conoideo; contextu laxiuscule celluloso fuligineo; ascis oblongo-clavatis, 50–60 × 12–14, breve stipitatis, apice rotundatis, paraphysibus bacillaribus asco longioribus guttulatis obvallatis, octosporis; sporidiis distichis, ovoideo-fusoideis, 15–18 × 6, quandoque inæquilateralibus, nubiloso-guttulatis, hyalinis. — In foliis exsiccatis Sesleriæ cœruleæ in *M. Generoso,* aut. 1880 (Penzig).

317. **Nummularia discreta** (Schw.) Tul., Nitschke Pyr. p. 60. — In ramis crassioribus corticatis Ulmi, in Horto *Pacchierotti, Padova,* Febr. 1881 (Bizzozero). — Asci cylindracei 130–150 × 12–14, octospori, paraphysati; sporidia globoso-ellipsoidea, utrinque obtuse rotundata, 15–18 × 12, atrofuliginea.

318. **Diaporthe** (Sclerostroma) **crassiuscula** Sacc. & Bizz. Acervulis hinc inde sparsis, corticolis, linea stromatica nigra usque ad lignum decurrente cinctis, peritheciis aggregatis, globulosis, nigricantibus, $^1/_2$ mill. d., ostiolis subconvergentibus, erumpentibus, apice leniter incrassatis obtusisque; ascis fusoideo-clavatis, 80–84 × 13–15, aparaphysatis, octosporis; sporidiis distichis crasse fusoideis, 18–20 × 6–$7^1/_2$, utrinque obtusiusculis, rectis, 1-septatis leniterque constrictis, 4-guttatis, hyalinis. — In ramis emortuis Mahoniæ Aquifolii in Horto Patavino, Febr. 1881. — Affinis D. detrusæ a qua stromate cinereo nec flavo, ascis sporidiisque multo crassioribus statim dignoscitur.

319. **Lophodermium melaleucum** (Fr.) DNtr. Ister.

p. 40. In pag. inferiore foliorum Vaccinii Vitis idææ in sylva *Cansiglio*.

320. **Helotium triste** Sacc. Ascomatibus gregariis, scutellatis, ubique nigricantibus, glabris, solidiusculis, stipitatis, disco concaviusculo $^1/_2$ mill. d., stipite cylindraceo $^1/_3$ mill. alto; contextu excipuli anguste prosenchymatico, castaneo, margine saturatiore; ascis tereti–fusoideis, breve stipitatis, apice obtusiusculis, 100–110 = 12–14, paraphysibus bacillaribus hyalinis, exterioribus vero granulato–virescentibus obvallatis, octosporis; sporidiis distichis, crassiusculis, fusoideis, sæpe leniter curvis, utrinque acutis, 20–22 = 4–5, crasse 1–2–guttatis, hyalinis. — In stipitibus Aspidii Filicis maris emortuis in *M. Generoso*, aut. 1880 (Penzig). — Affine, ut videtur, *Peziza pteridicola* Crouan Finist. 50, sed satis differt colore nigricante, nec griseo–virente, sporidiis fusoideis nec subcylindricis &c.

321. **Cryptodiscus rhopaloides** Sacc. Ascomatibus laxe gregariis, cortice infossis et tectis, disciformibus, $^1/_3$–$^1/_2$ mill. d., plano–concaviusculis, sub–immarginatis, carnosulis, totis aquose ochraceis, denique cortice erupto cinctis, sed numquam emergentibus, excipuli contextu tenui, prosenchymatico, subochraceo; ascis tereti–clavatis brevissime stipitatis, 80 = 14–15, apice obtusiusculis, paraphysibus copiosissimis filiformibus, sæpe ramosis arcte obvallatis, octosporis; sporidiis distichis elongato–clavatis, 30–35 = 5, deorsum sensim attenuatis, rectis curvulisve, 6–8–septatis nucleatisque, hyalinis. — In sarmentis corticatis Vitis viniferæ emortuis, *Padova*, Febr. 1881 (Bizzozero). — Præcipue ob sporidiorum formam perfecte clavatam mox distinguenda species.

322. **Fusicoccum Æsculi** Corda, Mich. II. 99.

323. **Fusicoccum ornellum** Sacc. Mich. II. 99.

324. **Diplodia Ribis** Sacc. Mich. I. 518.

325. **Phoma agminalis** Sacc. Peritheciis hinc inde dense et late gregariis, subsuperficialibus, punctiformibus, globoso–conicis, 90–100 micr. d., pertusis, atro–nitidulis; spermatiis ellipsoideis, utrinque obtusis, 3 = 2, biguttu-

latis, hyalinis. — In ligno indurato Æsculi Hippocastani, *Padova*, Febr. 1881 (Bizzozero). — A *Ph. Pulviscula* Sacc. differt spermatiis ellipsoideis, a *Ph. fuscidula* Sacc. spermatiis pariter ellipsoideis et hyalinis. — *Zignoellæ* cujusdam probabile spermogonium.

326. **Phoma rimicola** Sacc. Peritheciis longitudinaliter dense aggregatis, e corticis rimis erumpentibus, globosis, papillatis, $^1/_2$ mill. d., nigris intus pallidis; contextu parenchymatico solido, fuligineo; spermatiis oblongo-fusoideis, 18–21 = $4^1/_2$–$6^1/_2$, utrinque acutiusculis, varie guttulatis nubilosisque, hyalinis, basidiis bacillaribus dense fasciculatis 20 = 2 suffultis. — In rimis ramorum corticatorum Vitis viniferæ, *Padova*, Febr. 1881 (Bizzozero). — A ceteris *Phomæ* et *Sphæropsidis* speciebus in Thuem. «Pilz. d. Weinst.» descriptis spermatiis multo majoribus dignoscenda.

327. **Phoma** (Dendrophoma) **pleurospora** Sacc. Mich. II. 362.

328. **Phoma** (Diaporthe) **importata** (Nitschke) Sacc. Peritheciis laxe gregariis, subcutaneis, vix erumpentibus, depresso-globosis, $^1/_3$ mill. diam., vix papillatis, griseo-nigris; spermatiis tereti–fusoideis, utrinque obtusiusculis, 7–8 = $2^1/_2$–3, biguttulatis, hyalinis, basidiis fasciculatis acicularibus, 18–20 = 2 suffultis. — In caulibus Lycii sinensis emortuis in Horto Patavino, Febr. 1881 (Bizzozero). — Certe *Diaporthe* (Tetrastagon) *importatæ* Nitschke Pyr. Germ. 315 spermogonium.

329. **Septoria ocellata** (Lév.?) Sacc. *Sphæropsis ocellata* Lév.? Ann. Scienc. nat. 1846 V. 297. In foliis emortuis Quercus pedunculatæ, in *M. Generoso*, aut. 1880 (Penzig). — Perithecia gregaria, globoso-lenticularia, 150 micr. d., pertusa, laxe celluloso–contexta, fuliginea; spermatia fasciculata, tereti–fusoidea, curvula 20–25 = 3, utrinque obtusiuscula, continua, hyalina sed coacervata dilutissime olivacea.

330. **Leptothyrium protuberans** (Lév.) Sacc. Michel. II. 351. — In caulibus Helianthemi pulveru-

lenti emortuis in Horto Patavino, Febr. 1881 (Bizzozero). — Spermatia botuloidea, curvula, 6–7 = $1^1/_2$, hyalina.

331. **Steganosporium pyriforme** (Hoffm.) Corda, Michel. II. 121. — In cortice Aceris Pseudoplatani, *Padova,* Febr. 1881 (Bizzozero).

332. **Glæosporium nervisequum** Fuck. *valsoideum: acervulis erumpentibus, rufo—lutescentibus, epidermide lacerata cinctis, $^3/_4$–1 mill. diam., disco ruguloso; conidiis copiosissimis, ovoideis, vel oblongo—ovoideis, 11–13 = 4, nubilosis, hyalinis; basidiis fasciculatis deorsum incrassatis, 18–20 = 4, æque nubilosis, hyalinis suffultis. — In ramulis junioribus Platani occidentalis in Horto Patavino, Febr. 1881 (Bizzozero). — A *Gl. nervisequo* acervulis multo majoribus, habituque valsoideo mox distinguendum; characteribus internis tamen proxime cognatum. — *Myxosporium carneum* (Lib.) Thüm. Hedw. 1880 p. 199. Lib. herb. n.° 882 (in Fago, ut mihi videtur, nec in Corylo) sistit fere formam evolutiorem subspeciei præsentis, utramque vero coadunare non potui.

MYXOSPORELLA Sacc. nov. gen. Acervuli subcutanei, vix erumpentes, subgelatinosi, perithecio carentes, læte colorati; conidia ovata v. oblonga, continua, diaphana, in catenulas digesta, basidiisque teretiusculis suffulta. — Est quasi *Myxosporium,* conidiis vero catenulatis, nec solitariis.

333. **Myxosporella miniata** Sacc. Acervulis subcircularibus convexiusculis, $^3/_4$ mill. diam., amœne miniatis; conidiis ellipsoideis, utrinque rotundatis 16–20 = 10–12, e roseo hyalinis eguttulatis in catenulas breves sat persistenter connexis, basidiis teretiusculis, simplicibus furcatisve, parce septatis, 20–40 = 5–7, subroseis suffultis. — In ramulis corticatis Platani occidentalis in Horto Patavino, Febr. 1881 (Bizzozero).

334. **Sirodesmium antiquum** Sacc. Mich. II. 362.

335. **Ramularia Hellebori** Fuck. Symb. mycol. 361. In foliis Hellebori viridis languidis in *M. Genevroso,* aut. 1880 (Penzig). — Maculæ foliorum subcir-

culares, amphigenæ, candidæ, nigro-marginatæ. Hyphæ fasciculatæ, nodulosæ, continuæ, 20 × 3, candidæ; conidia fusoidea, 24–30 × 4–5, continua v. medio 1-septata, hyalina.

336. **Ramularia oreophila** Sacc. Maculis angulosis, amphigenis, ochraceo-fuscis, denique centro expallentibus; hyphis fasciculatis filiformibus, flexuoso-nodulosis, rarius parce ramulosis, continuis, 50–60 × 5, hyalinis; conidiis cylindraceo-fusoideis, utrinque rotundatis, 30–34 × 5–6, continuis vel uniseptatis, hyalinis. — In foliis languidis Astrantiæ majoris in *M. Generoso,* aut. 1880 (Penzig).

337. **Verticillium stilboideum** Sacc. Laxe gregarium, subpersistens, setuliforme, griseum; hyphis fertilibus ex filamentis mycelicis repentibus parcis assurgentibus, filiformibus, $^3/_4$ mill. altis, septatis dilute ochraceis, sursum pallidioribus, apice dense repetito-verticillato-ramosis, ramulis sursum attenuatis; conidiis oblongis, utrinque rotundatis, 6–7 × 3, biguttulatis hyalinis, in sicco cum ramulis conglutinatis, capitulumque oblongum albido-griseum (stilbiforme) efformantibus. — In fragmentis ligneis putrescentibus in *M. Generoso,* aut. 1880 (Penzig).

338. **Sclerotium compactum** DC. Fl. Fr. VI. 112. — In interiore Cucurbitæ Melopeponis udæ et putridæ, ubi confluendo stratum colliculosum vel subreticulatum extus nigricans, intus sordide albidum format; *Padova,* Febr. 1881 (Bizzozero).

339. **Asteroma frigidum** Sacc. Mich. II. 369.

OBSERVATIO DE ZYGODESMIS

10. **Solenia sulphurea** Sacc. & Ell. — Dense gregaria, minuta, calyculata, breve stipitata, sulfurea, strigoso-pilosa, pilis asperulis continuis; basidiis clavulato-teretibus, guttulatis; sporis obovatis, 8–9 × 7–8, uniguttulatis hyalinis.

---

*) Plerosque ex his fungis legit J. B. Ellis ex Newfield N. J., perpaucos cl. Le Metayer ex Canada.

Hab. in ramis decorticatis emortuis, Newfield (Ellis, n. 3580).

11. **Exidia glandulosa** (Bull.) Fr. f. **levior**: papillis rarioribus. — In cortice quercino, Newfield N. J. (Ellis n. 51).

12. **Dacrymyces deliquescens** (Bull.) Duby. In ligno pineo, Newfield N. J. (Ellis, n. 3577). — Sporæ oblongæ curvulæ, triseptatæ, 15–16 × 6–7, 4-guttulatæ, hyalinæ, sterigmatibus filiformibus suffultæ. An satis diversus a *D. stillato?*

13. **Dacrymyces fragiformis** Nees. — In cortice Castaneæ, Newfield N. J. (Ellis n. 50). — Cerebriformis, miniato-aurantiaca, minuta. Sporophora pluries 2–3-chotome ramosa, apice in articulos cylindraceos (conidia?) 40 × 3–3,5, pluriguttulatos, leviter curvos dilabentia.

14. **Zygodesmus** (Hypochnus) **ochraceus** Sacc. — Effusus, argillaceo-ochraceus, subvelutinus; hyphis ramosis intricatis, hinc inde nodosis ibique refracto-septatis, subhyalinis; basidiis non visis; sporis globosis muriculatis, 7–8 μ. diam. fulvo-fuligineis.

Hab. ad lignum mucidum Newfield N. J. (Ellis, n. 3540). — Forte varietas *Zygodesmi* (Hyp.) *fulvi* Sacc.

15. **Lycoperdon hyemale** Bull. Ad terram, Canada (Le Metayer, dedit Letendre n. 1626).

16. **Lycoperdon polymorphum** Vitt. Ad terram, Canada (Le Metayer, dedit Letendre. n. 1624).

17. **Bovista nigrescens** Pers. ***tenella**. Ad terram, Canada (Le Metayer, dedit Letendre n. 1627). — Est forma typo minor, nempe 1,5–2 cent. cr., extus rufo-nigricans, nitidula; nucleus ochraceo-tabacinus; flocci ramosi fuliginei, tortuosi, 8–10 μ. cr.; sporæ globosæ, leves, 3–4 μ. diam., pallide fuscæ 1-guttulatæ, cauda persistenti filiformi hyalina, 10 × 1 auctæ.

18. **Bovista tabacina** Sacc. — Globosa, majuscula, subarrhiza, 4–5 cent. diam., peridio membranaceo-coriaceo, extus nitide plumbeo, denique varie fisso; nucleo compacto-lanoso, elastico tabacino; floccis rigidulis pluries dichotomo-ramosis atrofuligineis, sursum pallidiori-

bus, ramis majoribus, 10–12 μ. cr.; sporis globosis minutis levibus, uniguttatis, 3,5–4, luteo-olivaceis, apiculo brevissimo auctis.

Hab. ad terram, Canada (Le Metayer, dedit Letendre, n. 1625).

19. **Geaster saccatus** Fr. Ad terram Ohio (Ellis, n. 63). — Flocci filiformes, dilute fuliginei, 4–5 μ. cr.; sporæ globosæ 3 μ. diam. subhyalino-fuligineæ, minute guttulatæ.

20. **Crucibulum vulgare** Tul. Newfield N. J. (Ellis n. 56). — Sporæ ovato-oblongæ, 8 ≃ 4–5, hyalinæ.

21. **Rhizopogon rubescens** Tul. Newfield N. J. (Ellis n. 58). — Sporæ oblongæ 8 ≃ 3, 2-guttatæ, subhyalinæ; basidia oblonga, apice sterigmatibus brevissimis aucta.

22. **Mucor Mucedo** L. — In fimo vaccino etc.; forma sporangifera, forma sporangiolifera, nec non *Chætocladium Jonesii* (Berk.) Fres., Newfield N. J. (Ellis, n. 3593).

23. **Physarum polymorphum** (Mont.) Rost. — In foliis et ramulis, Newfield N. J. (Ellis, n. 3552). — Stipites striati flavidi; sporæ globosæ leves, 9–11 μ. diam., violaceo-fuligineæ; flocci ramosi hinc inde anguloso-dilatati, hyalini.

24. **Amaurochæte minor** Sacc. & Ell. ad int. — Effusa, varia oblonga, adnato-applanata, margine subnuda, extus argillacea, minutissime punctulata, intus nigricans; floccis filiformibus parce ramosis et anastomosantibus, dilutissime fuscellis; sporis globosis 15 μ. diam. fuligineis, minute verruculosis, dein prorsus levibus,

Hab. ad ramulos vivos et mortuos (Cerasi?) in montibus Cherry, Utah (Ellis, n. 67). — Inter myxomycetes a cl. Rostafinskio descriptos hæc species deesse videtur.

25. **Apiosporium? erysiphoides** Sacc. & Ell. ad int. — Peritheciis gregariis superficialibus minutissimis globulosis, astomis, 40–50 μ. diam., setulis fuscis filiformibus, apice pallidioribus cinctis; contextu perithecii olivaceo-fuligineo, rimuloso-areolato (non vere celluloso); nucleo.....

Hab. in cortice Magnoliæ glaucæ, Newfield N. J. (Ellis, n. 3572). Forma dubia.

26. **Myriococcum Everhartii** Sacc. & Ell. Syll. fung. n. 1191 (Suppl.). — In lignis putrescentibus Newfield N. J.

27. **Asterina Pinastri** Sacc. & Ell. — Perithecis gregariis superficialibus, globoso-depressis, nigris, astomis, 110–120 μ. diam., hyphis filiformibus ramosis fuligineis repentibus cinctis; ascis oblongis, utrinque obtusiusculis, sessilibus, 40–50 × 20–24, aparaphysatis octosporis; sporidiis 2-3-stichis, oblongo-clavulatis, 18–20 × 6-7, constricto-1-septatis, initio hyalinis dein melleis.

Hab. in foliis Pini rigidæ, Newfield N. J. (Ellis, n. 55).

28. **Ceratostoma piliferum** Fr., Fuck. *Spermogonium:* spermatiis allantoideis, 5 × 1, hyalinis. — In ligno denudato, Newfield N. J. (Ellis, n. 3546).

29. **Venturia** (Venturiola) **pezizoidea** Sacc, & Ell. — Perithecis laxe gregariis hypophyllis, punctiformibus, subsuperficialibus, globulosis, dein collabentibus, setulis cuspidatis, 40–60 × 5, fuligineis vestitis; perithecii contextu tenuissimo, pallidulo; ascis tereti-clavatis, 35 × 8, octosporis, aparaphysatis; sporidiis (immaturis visis) teretiusculis, continuis, hyalinis, 8–10 × 2.

Hab. in pag. inf. foliorum languidorum Andromedæ? racemosæ, Newfield N. J. (Ellis, n. 3256).

30. **Didymella lophospora** Sacc. & Sp. — Quoque in capsulis Ænotheræ biennis Newfield N. J. (Ellis).

31. **Leptosphæria discors** Sacc. & Ell. — Perithecis laxe gregariis, innatis, globoso-papillatis, nigris, ostiolis epidermidem denigratam perforantibus; ascis tereti-clavatis, 120 × 20, breve stipitatis, paraphysibus filiformibus, sæpius furcatis obvallatis; sporidiis oblique monostichis v. distichis, oblongo-fusoideis, utrinque rotundatis, 25–30 × 9–10, triseptatis, ad septa constrictis, 4-guttatis, loculis interioribus nigricantibus, extimis subhyalinis.

Hab. in culmis Spartinæ, Cape May N. J. Julio

1881 (Ellis n. 87). — Videtur analoga *Amphisphæriæ culmicolæ* Sacc.

32. **Calosphæria microtheca** (C. & E.) Sacc. Syll. I. 97. — In ramis putrescentibus decorticatis, Newfield N. J. (Ellis). Perithecia, in hac forma, brevissime rostellata; asci clavati, apice truncati, 30–35 ≈ 6–7, paraphysibus bacillaribus longioribus obvallati, octospori; sporidia allantoidea, 5–7 ≈ 1,5, hyalina. Fabrica tota *Calosphæriæ*, habitus vero potius *Ceratostomatis*.

33. **Diaporthe** (Tetrastaga) **mucronulata** Sacc. — Peritheciis cortice superficie infuscato immersis, lignoque adnatis, seriatim gregariis, globulosis, $^1/_4$ mill. diam., ostiolo breve rostellato, emergente; linea stromatica nulla manifesta; ascis fusoideis, utrinque obtusiusculis, 60 ≈ 10, aparaphysatis, octosporis; sporidiis distichis v. oblique monostichis, crassiuscule fusoideis, rectis v. curvulis, utrinque acutis, atque mucronulatis, 14–15 ≈ 6, medio septulatis leniterque constrictis, 4-guttatis, hyalinis.

Hab. in caulibus emortuis Asteris, Newfield N. J. (Ellis, 3681).

34. **Diaporthe** (Euporthe) **discrepans** Sacc. — Peritheciis hinc inde dense gregariis, ligno superficie late infuscato v. denigrato immersis, globosis, $^1/_3$ mill. diam; ostiolis erumpentibus breve rostellatis; ascis tereti-fusoideis, utrinque obtusiusculis, 65 ≈ 8–9, octosporis, aparaphysatis; sporidiis oblique monostichis v. distichis, cylindraceis v. subfusoideis, utrinque obtusis, rectis curvulisve, medio lenissime constrictis, 10–12 ≈ 3,5–4, 4-guttatis, hyalinis.

Hab. in caulibus Rumicis emortuis, Newfield N. J. (Ellis. 3685). — A *D. discorde*, cui affinis, ostiolis elongatis, sporidiis minoribus mox dignoscitur.

35. **Physalospora? oxystoma** Sacc. & Ell. — Peritheciis gregariis globoso-conoideis, innato-erumpentibus nigris, minutis; ostiolo papillato extante; nucleo albo; ascis tereti-clavatis crasse tunicatis, 90–100 ≈ 17–18, apice rotundatis, paraphysibus articulatis obvallatis; sporidiis ovoideis (immaturis visis).

Hab. in culmis Phlæi pratensis, Newfield N. J. (Ellis, n. 4). — Etsi sporidia immatura tantum visa, vera *Physalospora* videtur.

36. **Physalospora Arthuriana** Sacc. — Peritheciis epiphyllis, in maculis subochraceis gregariis, innato-superficialibus, globoso-depressis, atris, $^1/_6$ mill. diam., ostiolo obsoleto; contextu perithecii parenchymatico ochraceo-fusco; ascis cylindraceis breve stipitatis, 90 ≈ 12, paraphysatis, apice rotundatis, octosporis (rarius clavatis, 60 ≈ 18); sporidiis oblique monostichis, raro distichis, ellipsoideis, utrinque obtuse rotundatis, 11–13 ≈ 7, 2–4-guttulatis, hyalinis.

Hab. in foliis subvivis Ivæ xanthifoliæ, Jowa, U. S. America, ubi legit J. C. Arthur (Ellis 3692) *Physalosporæ Astragali* affinis.

37. **Massaria siparia** B. & Br. — In ramis corticatis Betulæ, Jowa, legit Holway (Ellis n. 3680).

MASSARIOVALSA Sacc. — Perithecia cortice immersa, circinantia. Asci paraphysati, 4–8-spori. Sporidia uniseptata, ovato-oblonga, fusca, strato hyalino crasso obvoluta. Est *Valsa* sporidiis *Massariellæ* instructa.

38. **Massariovalsa sudans** (B. & C.) Sacc. *Massariella sudans* (B. & C.) Sacc. Syll. I. p. 717. — In cortice Quercus albæ, Newfield N. J. (Ellis). — Asci teretes 180–200 ≈ 20–24, apice obtusi, lumineque coarctato, octospori; paraphyses guttulatæ; sporidia monosticha oblongo-ellipsoidea, constricto-1-septata, olivaceo-fuliginea, 35–40 ≈ 15–16, strato crasso hyalino obvoluta.

39. **Cryptovalsa eutypæformis** Sacc. — Peritheciis gregariis, ligno superficie denigrato immersis, globulosis, $^1/_2$ mill. diam., atris; ostiolo vix emergente, depresse conoideo, levi, denique pertuso; ascis subfusoideis, deorsum in stipitem 50 ≈ 2, sensim attenuatis, sursum acutato-truncatis, p. sp. 80 ≈ 10, polysporis; sporidiis inordinate stipatis, allantoideis, curvulis, 5–7 ≈ 1,5, olivascentibus.

Hab. in ligno decorticato Aceris, Newfield N. J. (Ellis, n. 3688). — *Cryptovalsæ Citri* et *Cr. eleva-*

tæ analoga, sed sporidiis multo minoribus statim dignoscitur. Forte forma microspora *Cr. elevatæ* a Berkeleyo indicata huc pertinet.

40. **Hypoxylon atropurpureum** Fr. — In ligno putrescente Newfield N. J. (Ellis n. 3678). — Asci cylindrici p. s. 80 ≈ 5; sporidia 8–10 ≈ 4–5, fusca.

41. **Hypoxylon commutatum** Nits. ***H. Holwayanum** Sacc. & Ell. — A typo præcipue differt peritheciis in stromate hemisphærico, majoribus, pauciioribus, monostichis, magis protuberantibus, extus ochraceo–rufis, dein nigricantibus ostiolis punctiformibus; sporidiis phaseoliformibus, 12–14 ≈ 6–6,5, fuligineis. — In cortice emortuo Carpini (?), Jowa, legit E. W. Holway (Ells, n. 3679).

42. **Microthyrium Juniperi** (Desm.) Sacc. — In foliis Cupressi thyoidis Newfield N, J. (Ellis, n. 3569). Videtur re vera hæc species, sed sporidia desiderantur.

43. **Hypocrea minima** Sacc. & Ell. — Stromatibus sparsis, superficialibus, pulvinato–discoideis, nigricantibus, vix 1 mill. lat.; ostiolis punctiformibus vix extantibus; contextu minute celluloso atro–olivaceo; ascis cylindricis aparaphysatis, 75 ≈ 3,5–4, subsessilibus, octosporis; sporidiis didymis, prorsus hyalinis, loculis mox decedentibus globuloso–cuboideis, 3,5–4, 1–guttulatis.

Hab. in cortice Magnoliæ, Newfield N. J. (Ellis, n. 3576).

44. **Nectria subcoccinea** Sacc. & Ell. — Peritheciis hinc inde in cæspitulos minutos stromate *Tuberculariæ* suffultos aggregatis, globoso–conoideis, cinnabarinis, levibus, non collabentibus; ascis cylindricis breve stipitatis, 100 ≈ 10, octosporis; sporidiis oblique monostichis ellipsoideis, 15–18 ≈ 7–8, constricto–1–septatis, utrinque obtusiusculis, 2–4–guttulatis, granulosisque, hyalinis (germinantibus roseolis).

Hab. in cortice Alni in Pensylvania (Ellis, n. 3573). — A *N. coccinea* sporidiis majoribus præcipue distinguitur. *Tuberculariæ* jam provecta et conidia nulla reperta.

45. **Lophodermium juniperinum** (Fr.) De Not. f. Cu-

pressi thyoidis. — In foliorum partibus dealbatis Cupressi thyoidis Newfield N. J. (Ellis, n. 66). Perithecia applanata oblonga nitidula, utrinque obtusiuscula. Asci cylindracei, filiformi-paraphysati, 80 × 10; sporidia filiformia, 70 × 1–1,5, continua, hyalina.

46. **Hypoderma ilicinum** Duby. — In foliis coriaceis (Photiniæ?) in Florida (Ellis, n. 65). Sporidia non visa, ergo species non prorsus certa.

47. **Trichopeziza Aranea** (De Not.) Sacc. — In involucris Castanearum, Bethlehem Pensylvaniæ, Oct. 1880 (Harkness & Ellis, n. 2). — Asci teretiusculi paraphysati, 65–70 × 6–7; sporidia disticha tereti-clavulata, 8 × 2,5, hyalina.

48. **Cenangium microspermum** Sacc. & Ell. — Ascomatibus cæspitoso-erumpentibus, calyculatis, sessilibus, subcoriaceis, vix $^1/_5$ mill. diam., fusco-cinereis, extus setuloso-olivascentibus; excipulo parenchymatico olivaceo; ascis teretiusculis breve stipitatis, 40 × 4–5, paraphysibus filiformibus obvallatis, octosporis; sporidiis distichis cylindraceo-clavulatis, 5 × 1,5, hyalinis, rectis v. leniter curvis.

Hab. in Vals. didymospora parasiticum ad Ilicis opacæ ramulos, Jona N. J. (Ellis, n. 3693). — A *Cenangio pulveraceo* (A. S.) certe diversum.

49. **Niptera hydrophila** Karst. — Ad culmos graminum, Newfield N. J. 1881 (Ellis, n. 53). — Asci tereti-clavati, 45–55 × 6, filiformi-paraphysati, breve & crasse stipitati; sporidia cylindracea, 8–10 × 2, hyalina.

50. **Ryparobius polysporus** (Karst.) Sacc. — In fimo vaccino, Newfield N. J. (Ellis, n. 3593). — Ascomata minutissima, 100–130 μ. diam.; asci fasciculati 70–80 × 18–20, myriospori; sporidia ovoidea, 5 × 3,5–4, hyalina.

51. **Calloria chrysocoma** (Bull.) Fr. *a*) **microspora**. — In lignis et corticibus. Newfield N. J. (Ellis, n. 64 et 3547). — Asci teretiusculi subsessiles apice truncati 20–26 × 5; sporidia cylindracea, curvula, 5–6 × 0.5, hyalina. Ascomata membranaceo-tenacella, aurea.

52. **Helotium castaneum** Sacc. & Ell. — Hypophyllum, minutissimum, castaneum; ascomatibus sessilibus, scutellatis, levibus, $^1/_4$ mill. diam., subceraceis; ascis tereti-oblongis, 45 × 16, paraphysibus filiformibus obvallatis, brevissime stipitatis, apice obtusiusculis; sporidiis subtristichis oblongo-fusoideis, 11–14 × 3–4, biguttulatis spurieque 1-septatis, hyalinis.

Hab. in pag. inf. foliorum Quercus laurifoliæ, Florida, hieme 1880 (Doct. Geo. Martin, dedit Ellis, n. 3539).

53. **Helotium propinquum** Sacc. & Ell. — Ascomatibus sparsis, sessilibus ceraceis patellaribus, levibus, lutescentibus, $^1/_2$–$^3/_4$ mill. diam., disco plano-concaviusculo; ascis teretiusculis, 50–60 × 6–7, paraphysibus filiformibus obvallatis, breve stipitatis; sporidiis tereti-fusoideis utrinque obtusiusculis, leniter curvulis, hyalinis.

Hab. in ramis corticatis Corni in Pensylvania (Ellis, n. 3545). — Hinc *Helotio albello*, hinc *H. insititio* affine, sed satis diversum.

54. **Patellaria nigro-virens** Sacc. & Ell. — Ascomatibus gregariis subsuperficialibus, plano-patellaribus, sessilibus, margine tenuissimo vix emergente, nigris, furfure viridulo subconspersis, $^1/_3$ mill. diam.; ascis crasse clavatis, 40–50 × 15–17, brevissime obtuse stipitatis, paraphysibus apice grumosis, atro-olivaceis obvallatis, octosporis, jodi ope immutatis; sporidiis distichis, oblongo-fusoideis v. subclavatis, 15–20 × 6–6,5, 3-septatis, ad septum medium constrictis, fuligineo-olivaceis.

Hab. in ligno quercino aeri diu exposito, Newfield N. J. Martio 1881 (Ellis, n. 3).

55. **Hendersonia foliorum** Fuck. *Viburni: maculis amphigenis, angulosis, ochraceis; peritheciis sparsis; stylosporis oblongis, 15–16 × 5–6, 3-septatis ad septa constrictis, æqualiter fuligineis, 4-guttatis.

Hab. in foliis languidis Viburni prunifolii, Delaware Co. Pensylvaniæ (Doct. G. Martin, dedit Ellis, n. 3541).

56. **Hendersonia rostrata** Sacc. & Ell. — Peritheciis sparsis, innato-erumpentibus, globulosis, vix papillatis,

contextu parallele celluloso, fuligineo; stylosporis fusoideis curvulis, utrinque cuspidatis, 3–4-septatis, ochraceo-olivaceis, utrinque sensim pallidioribus, totis 50–55 × 3, p. colorata, 30–35 μ. longa; basidiis brevibus, hyalinis, interdum furcatis.

Hab. in cortice ramorum Pini, Newfield N. J. (Ellis, n. 3530). — *Hendersoniæ fusarioidi* analoga.

57. **Catinula turgida** Desm. — In ramis corticatis Coryli Avellanæ, West Chester Pen. (Everhart, Harkness, Jeffers et Gray; dedit Ellis, n. 3555) — Perithecia (?) tereti-obconica, gregaria nigra, ore amplo aperta, solidiuscula, contextu parallele celluloso, olivaceo-fusco; stylosporæ oblongo-ellipsoideæ, utrinque rotundatæ, 18–20 × 8, guttatæ, hyalinæ; basidia teretiuscula, 16–18 × 3–4, hyalina. Sistit pycnidium *Cenangii Coryli* Corda.

58. **Phyllosticta phomiformis** Sacc. — Maculis vagis, ochraceis; peritheciis laxe gregariis, globoso-lenticularibus, pertusis, 130–150 μ. diam., solidiusculis, nigris; spermatiis oblongis, utrinque acutiusculis, 20–22 × 8–10, granulosis, hyalinis; basidiis brevissimis, sursum acutatis.

Hab. in foliis Quercus albæ in Pensylvania (Doct. G. Martin, dedit Ellis, n. 3542).

59. **Micropera tenella** Sacc. & Ell. — Peritheciis dense gregariis, subsuperficialibus, lateritiis, globosis, vix papillatis, denique collabascentibus, contextu cellulari, olivaceo-rufescente; spermatiis bacillaribus, curvulis, 25–30 × 2, continuis, hyalinis (humiditate exsilientibus); basidiis obsoletis.

Hab. in cortice interiore Thujæ, Newfield N. J. (Ellis, n. 3590 p. p.).

60. **Cytispora Thujæ** Sacc. & Ell. — Stromatibus emergentibus, nigris, conoideis, intus paucicellularibus; ostiolis prominulis brevibus sulcatis; spermatiis allantoideis, 5 × 1–1,3, hyalinis, basidiis paulo longioribus subfusoideis simpliciter parceque verticillatis suffultis.

Hab. in cortice interiore Thujæ, Newfield, N. J. (Ellis, n. 3590 p. p.). — A *Cytispora Pini* satis differre videtur, an e loco?

61. **Phoma Jowana** Sacc. — Peritheciis in maculis adustis, subphyllachoroideis, gregariis innato-prominulis, globoso-depressis, ostiolo-obsoleto, solidiusculis, nigris; spermatiis ovoideis, 10–12 ≈ 8, crasse 1–3-guttatis, hyalinis; basidiis fasciculatis acicularibus 6–7 ≈ 2, hyalinis.

Hab. in foliis subvivis Asteris ptarmicoidis, Jowa, legit J. C. Arthur (Ellis, n. 3691).

62. **Leptothyrium protuberans** (Lév.) Sacc. — In caulibus herbarum, Newfield N. J. (Ellis, n. 7). Basidia filiformia simplicia v. furcata, 20–25 ≈ 1; spermatia incurvo-fusoidea, guttulata, 8–9 ≈ 1,7–2, hyalina.

HYSTEROMYXA Sacc. & Ell. — Perithecia (genuina?) superficialia, applanata, ambitu oblonga, v. subangulosa, læte colorata, rimose v. substellatim dehiscentia; contextu tenui, irregulariter celluloso (?), cuticula anhista diaphana obducto. Sporæ (conidia?) copiosa, globulosa, læte colorata; basidia nulla (v. saltem non visa) — Genus adhuc dubium et ulterius vivum inquirendum, hinc ad Myxomycetes, illinc ad Sphæropsideas subcupulatas nutans.

63. **Hyteromyxa effugiens** Sacc. & Ell. — Peritheciis exiguis, applanatis, superficialibus, rubellis, $^1/_6$ mill. diam.; sporis (conidiis?) globosis, levibus, 8–10 μ. diam., 3–4-guttulatis e hyalino roseis; basidiis nullis visis.

Hab. ad folia emortua Cupressi thyoidis, Newfield N. J. (Ellis, n. 3569). Contextus perithecii videtur formatus e cuticula anhista cui cellulæ subrotundæ variæ rufulæ laxe adhærent.

64. **Glœosporium phomiforme** Sacc. & Ell. — Acervulis laxe gregariis subcutaneis, fuscis, mediocribus, $^1/_2$ mill. diam., centro epidermidem perforantibus; conidiis ovato-oblongis, biguttatis, hyalinis, 5–6 ≈ 3–3,5; basidiis e strato proligero celluloso stramineo-fuligineo oriundis, acicularibus, 15–20 ≈ 2, guttulatis, hyalinis.

Hab. in foliis languidis Phormii tenacis prope Philadelphiam (Ellis, n. 3531).

65. **Marsonia Martini** Sacc. & Ell. — Maculis amphigenis, minutis, ochraceis; pustulis in centro maculæ

gregariis, sæpius hypophyllis, globulosis, subsuccineis, minutis; conidiis fusoideis, curvis, utrinque acutis, 1-septatis, leniter constrictis, 12–15 × 2,5, 4-guttulatis, hyalinis; basidiis brevissimis viridulis.

Hab. in foliis subvivis Quercus obtusilobæ, Chester Co. Pens. (Doct. G. Martin, dedit Ellis, n. 3544).

66. **Cylindrosporium Scrophulariæ** Sacc. & Ell. — Maculis minutis albis, late fusco-marginatis; acervulis exiguis, subepidermicis; conidiis filiformibus, curvis, 30–40 × 1,5–2, 3-guttulatis, hyalinis, e mycelio vage ramoso filiformi oriundis.

Hab. in foliis Scrophulariæ nodosæ in Pensylvania (Doct. G. Martin, dedit Ellis, n. 3543).

67. **Pestalozzia fœdans** Sacc. et Ell. — Acervulis densissime gregariis innato-erumpentibus, pulvinatis, atris; conidiis fusoideis, 5-locularibus, ad septa non constrictis, 22 × 5,5–6,5, loculis 3 interioribus fuligineis, guttulatis, extimis hyalinis, acutis, setulis apicalibus ternis 15–17 × 1, stipite 5–8 × 1.

Hab. in cortice Thujæ, Newfield N. J. (Ellis, n. 3589). — A *Pest. funerea*, cui affinis, præsertim conidiis angustioribus differt.

PESTALOZZIELLA Sacc. & Ell. — Acervuli subcutanei, perithecio carentes. Conidia oblonga, *continua*, *subhyalina*, apice setulis hyalinis aucta. — A *Pestalozzia*, cui analogum genus, differt conidiis continuis, subhyalinis.

68. **Pestalozziella subsessilis** Sacc. & Ell. — Maculis minutis subcircularibus, amphigenis expallentibus, fusco-marginatis; acervulis punctiformibus epidermide velatis, pallidis; conidiis oblongis, utrinque obtusiusculis 20–22 × 6,5–7, continuis, 3-guttatis, subhyalinis, apice seta filiformi, a basi 4–5-ramosa, 25 × 1 auctis, basi stipite brevissimo setaceo suffultis.

Hab. in foliis Geranii Caroliniani subvivis, Newfield, N. J. (Ellis, n. 52). — Cl. Ellis per tres annos observavit conidiaque semper *continua* reperit. — Affinis *Pest. depazeoidi* Willk. et Curr. Ang. 284, t. 17, f. 14. et *Pest. sessili* Sacc.

69. **Oospora hyalinula** Sacc. — Parasitica in Dermatea olivacea Ell., Newfield N. J. (Ellis, n. 3570).

70. **Oospora cuboidea** Sacc. & Ell. — Candida, effusa, subfarinacea; hyphis subfasciculatis e basi ramosis, filiformibus mox in catenulas conidiorum, 100–120 ≈ 3, abeuntibus; conidiis cuboideis v. globoso–cuboideis, tandem secedentibus, 3 ≈ 2,5–3, hyalinis.

Hab. in ligno putrescente quercino, Newfield N. J. Nov. 1881 (Ellis, n. 3536).

71. **Papulaspora candida** Sacc. — Effusa, breve velutina, candida; hyphis repentibus, filiformibus, septulatis, 3,5–4 μ. diam., hyalinis, ramulosis brevibus patentibus, sub–1–septatis; conidiis v. cellulis ovato–oblongis, subinde subcompressis, in capitulum globosum, 30–35 μ. diam., arcte conglutinatis (nec secedentibus) hyalinis, sæpe guttatis.

Hab. in clava Geoglossi glabri putrescentis, Newfield socio *Verticillio* (Ellis, 3673). Conidia v. cellulæ in quoque capitulo 26–36.

72. **Sepedonium flavidum** Sacc. & Ell. — Effusum, pulveraceum, pallide flavum; hyphis filiformibus, intricatis, interdum furcatis, continuis, hyalinis, 3–4 μ. d.; conidiis globosis, muriculatis, 6,5–7,5 μ. diam., flavidis, stipitellis brevibus hyalinis fultis.

Hab. in pileo Polypori acanthoidis in Pensylvania (Ellis, n. 3554 p. p.).

73. **Cylindrium elongatum** Bon. — In cortice Thujæ Newfield N. J. (Ellis, n. 3690). — Conidia e sporophoris brevissimis, obsoletis oriunda, cylindracea 18 ≈ 1,7–2, utrinque rotundata, hyalina.

74. **Sporotrichum anceps** Sacc. & Ell. — Cæspitulis minutis, olivascentibus; hyphis sterilibus repentibus, fertilibus assurgentibus parcissime septatis, vage ramulosis, subtortuosis; fusco–olivaceis, 4–6 ≈ 2,5–3, subhyalinis ad apicem ramulorum laxe congestis.

Hab. parasitica in stromatibus vetustis Diatrypes, Newfield N. J. (Ellis, n. 3583). — Ad *Trichosporium* vergit.

75. **Dactylium dendroides** Fr. *leptosporum: co-

nidiis paulo angustioribus, nempe 22 ≈ 8, oblongis, 3–septatis, basi apiculatis, hyalinis. — In corticibus emortuis, udis, Newfield N. J. (Ellis, n. 3575).

76. **Aspergillus repens** (Corda) Sacc. *A. glaucus* var. *repens* Corda Ic. fung. — In Polyporo parasiticus, Newfield N. J. (Ellis, n. 3579). Hyphæ fertiles continuæ subhyalinæ, 300–400 ≈ 10–14, apice in vesiculam globosam 30–35 μ. diam. inflatæ; basidia oblonga, 15 ≈ 4; conidia catenulata, inferiora globosa 5–6 μ. diam., superiora ovoidea, 10 ≈ 6, asperula subhyalina.

77. **Aspergillus clavatus** Desm. — In fimo gallinaceo, Newfield N. J. Nov. 1880 (Ellis, n. 5).

78. **Verticillium pyramidale** Bon. (*forma compacta, parum abnormis*). — Ad culmos foliaque graminum, Newfield N. J. Nov. 1881 (Ellis n. 3548).

79. **Verticillium lateritium** Berk. — In tubere udo Solani tuberosi, Newfield N. J. (Ellis, n. 3586). — Effusum, subvelutinum, lateritio–rubrum; hyphæ bis verticillato-ramosæ; ramulis cuspidatis; conidia obovata, 4 ≈ 3, uni-guttulata, pallide lateritia.

80. **Verticillium nanum** Berk. ***V. Rexianum** Sacc. — Velutinum, candidissimum; hyphis repentibus sterilibus, septulatis; fertilibus erectis, 100 ≈ 3, ad basim ramorum septatis; ramulis patentibus, plerumque oppositis, apice furcatis v. simplicibus, sursum acutis; conidiis copiosis ovoideis, 5 ≈ 3, hyalinis.

Hab. in Arcyria putrescente in America boreali, legit Doct. G. A. Rex (Ellis, n. 3682). A *V. nano* præcipue differt hyphis evidenter septatis; affine quoque *Verticillio heteroclado* Penz.

81. **Verticillium capitatum** Bon. ***V. botrytoides** Sacc. — Mucedineum, album; hyphis subcontinuis, fertilibus erectis, 120–130 ≈ 1,5; ramulis primariis subopositis, secundariis tertiariisque verticillatis, obclavatis, apice acutis; conidiis copiosis globosis, minimis, 1–1,4 μ. diam. hyalinis.

Hab. in Physaro putrescente, Newfield N. J. (Ellis, n. 3674).

82. **Verticillium agaricinum** Corda ***clavisedum**:

conidiis oblongis, utrinque rotundatis, 12–15 × 5, sæpius 2–guttatis, hyalinis,

Hab. in clava Geoglossi glabri udi, socia *Papulospora candida*, Newfield N. J. (Ellis, n. 3673 p. p.).

83. **Ovularia isarioides** Sacc. — Maculis amphigenis, fusco–marginatis; hyphis densissime fasciculatis, sæpius nervisequis, filiformibus, prælongis, 100–150 × 2, continuis, simplicibus v. parce ramosis; hyalinis basi sublutescentibus; conidiis crassiuscule fusoideis, 10–15 × 4–6, utrinque subapiculatis, continuis, hyalinis.

Hab. in foliis Staphyleæ trifoliæ subvivis in Pensylvania (Ellis, n. 3672). Hyphæ elongatæ, in modum fere Isariæ fasciculatæ.

84. **Cladosporium herbarum** Link. f. **saxicola.** — In saxis udis, Newfield N. J. (Ellis, n. 3551). — Conidia oblonga, 8–15 × 5, plerumque 1–septata, olivacea.

85. **Cladosporium punctulatum** Sacc. & Ell. — Cæspitulis minimis punctiformibus, erumpentibus, hypophyllis nigricantibus; hyphis dense fasciculatis, septulatis, olivaceis, 40–50 × 3–4; conidiis oblongis, 20–22 × 7–9. apice rotundatis, basi subapiculatis, 1–3–septatis vix v. non constrictis, olivaceis.

Hab. in foliis subemortuis Evonymi japonici, Newfield N. J. (Ellis, n. 3585). — *Cladosporio punctiformi* Sacc. subaffine.

86. **Alternaria tenuis** Nees f. **condensata** — Ad ramulos Aceris dasycarpi, Newfield N. J. Aug. 1881 (Ellis, n. 3538 et 3587).

87. **Virgaria indivisa** Sacc. — In lignis udis, Newfield N. J. (Ellis, n. 54). — Conidia obovata, 5–5,5 × 3, 1–guttulata, fuliginea.

88. **Virgaria globigera** Sacc. & Ell. — Subeffusa, nigra, setuloso–velutina, hyphis strictis, simplicibus cylindricis, basi subincrassatis, sursum minute denticulatis, septulatis, 150 × 4, fuligineis; conidiis globosis, hypharum denticulis adnatis, atrofuligineis, intus granulosis.

Hab. in cortice Magnoliæ, Newfield N. J. (Ellis, n. 3568).

89. **Speira minor** Sacc. F. ital. tab. 905. — In cortice Magnoliæ, socia *Virgaria globigera*, Newfiel N. J. (Ellis, n. 3568).

90. **Epicoccum neglectum** Desm. — In foliis emortuis Lauri Benzoin etc., Newfield (Ellis, n. 3684). Stroma pulvinatum fusco-rubens; conidia initio brevi-stipitata lutescentia, dein sphærica 16–18 μ. diam., areolato-verruculosa, fuliginea, basi apiculata.

91. **Menispora cobaltina** Sacc. — Effusa, velutina, amæne cobaltino-azurrea; hyphis erectis, e mycelio repente oriundis, filiformibus, 70–80 × 3, septulatis, varie erecto-ramosis, fuligineis, sursum pallidioribus; conidiis in ramulis acro-pleurogenis, anguste fusoideis, curvis utrinque acutis, 20–24 × 2–2,5, continuis, hyalinis.

Hab. in excrementis larvarum, Newfield N. J. (Ellis, n. 3676). — Præcipue colore vivide azurreo mox dignoscenda species.

92. **Trichosporium** (Melosporium) **sphæricum** Sacc. — Effusum, adpressum, nigrum, subpulveraceum, hyphis repentibus breve et vage ramulosis, septatis, fuligineis, 5-6 μ. diam.; ramulis sinuosis irregularibus; conidiis apici ramulorum adnatis perfecte globosis, levissimis, 16–18 μ. diam., atro-fuligineis.

Hab. in culmis emortuis Zeæ Maydis, Newfield, N. J., socio *Colletotricho Lineola* (Ellis n. 3680. 3677). — A *Trichosporio* generice distingui meretur et ob hyphas adpressas, brevi-ramosas et ob conidia magna.

93. **Helicosporium vegetum** (Nees) Wallr. Sacc. F. it. t. 810. — Ad culmos Zeæ Maydis, Newfield N. J. (Ellis, n. 59).

94. **Illosporium Pezizula** Sacc. & Ell. — Sporodochiis gregariis, discoideis, subpezizoideis, candidis, vix $^1/_4$ mill. diam.; hyphis dense fasciculatis pluriarticulatis, flexuosis, ad septa constrictis, hyalinis; articulis ellipsoideis v. cuboideis, 15–20 μ. diam., superioribus minoribus.

Hab. in corticibus putrescentibus (Magnoliæ?), Newfield N. J. (Ells, n. 3581).

95. **Illosporium helicoideum** Sacc. & Ell. — Sporodochiis subsparsis, globulosis, albis, $^1/_3$ mill. diam.; hy-

phis sporomorphis dense conglobatis in spiram brevem convolutis, parce septatis, 5 μ. cr., perfecte hyalinis.

Hab. ad culmos putrescentes graminum, Newfield N. J., Martio 1881 (Ellis, n. 6).

96. **Illosporium** (Volutellaria) **acaroides** Sacc. — Acervulis hypophyllis, sparsis, pulvinatis, minutis, roseis, 140–150 μ. diam. superficialibus; stromate subcupulato obsolete celluloso, olivascente, setulis filiformibus, sursum minute sed exquisite torulosis, 50–60 ≈ 1,5, hyalino–subolivaceis cincto; conidiis irregulariter coacervato-connexis, subovoideis, 10–15 ≈ 6–10 e hyalino roseis, subinde curvulis, v. inæqualibus.

Hab. in foliis putrescentibus Magnoliæ Newfield N. J. socio *Epicocco* (Ellis, n, 3675). — Acarum minutum roseum in mentem revocat. A gen. *Illosporio* distingui meretur ob cupulam stromaticam et præsertim ob conidia coacervata, nec basidiis suffulta.

EVERHARTIA Sacc. & Ell. n. g. — Sporodochia verruciformia, fusca, superficialia. Conidia muco initio immersa, dense conglobata, cylindracea in spiras pluries arcte convoluta, pluriarticulata, hyalina; basidia obsoleta. — Genus distinctissimum claro B. M. Everhart e West Chester Pensylvaniæ dicatum.

97. **Everhartia hymenuloides** Sacc. & Ell. — Sporodochiis fusco–nigricantibus, sparsis, hemisphæricis, v. subinæqualibus, $^1/_6$ mill. diam., compactiusculis; conidiis cylindraceis in corpus ellipticum, applanatum, 18–20 ≈ 16 arcte pluries spiraliter convolutis, dense septatis, articulis cuboideis 2–2,2 μ. diam., prorsus hyalinis, sed materie mucosa flavido–olivacea initio immersis.

Hab. in foliis emortuis Sorghi nutantis, Newfield N. J. (Ellis, n. 3611).

98. **Dendrodochium rubellum** Sacc. ***macrosporum.** Sporodochiis paulo majoribus et remotioribus, conidiisque paulo minoribus (5–6 ≈ 2,5). — In cortice Magnoliæ Newfield N. J. (Ellis, n. 3582).

99. **Dendrodochium macrosporum** Sacc. & Ell, — Sporodochiis globulosis, basi leniter coarctatis, roseis, $^1/_3$–$^1/_2$ mill. diam., compactiusculis; conidiis fusoideis

utrinque obtuse acutatis 20 ≈ 5–5,5, hyalino-roseis, 2–4-guttulatis, basidiis fasciculatis teretiusculis, 30 ≈ 3–4, verticillato-ramosis, ramulis obclavatis, hyalinis.

Hab. in caulibus herbarum, Newfield N. J. Nov. 1881 (Ellis, n. 3537).

100. **Cylindrocolla lactea** Sacc. & Ell. — Sporodochiis oblongis, applanatis $^1/_2$–$^2/_4$ mill. long., $^1/_3$ lat., vivis lacteis glutinoso-gelatinosis, subsuccosis, siccis pallide succineis; sporophoris densissime fasciculatis, repetite dichothome ramosis, 100–120 ≈ 1,5, filiformibus, mox in conidia cylindrica, utrinque subtruncata, 2-guttulata, 4–6 ≈ 0,7–1,4 hyalina abeuntibus.

Hab. in ligno et cortice putri Kalmiæ, Newfield N. J. (Ellis, n. 3550 et 3584). — Forte *Calloriæ* cujusdam status conidiophorus.

101. **Ciliciopodium Grayanum** Sacc. & Ell. — Sporodochiis gregariis v. hinc inde subaggregatis globulosis, v. globoso-depressis, cinnabarinis, stipite teretiusculo crasso castaneo suffultis, levibus, glabris (capitulo $^1/_2$ mill. diam., stipite $^1/_2$ mill. et ultra longo) intus farctis, pallidioribus; sporophoris dense radiatim fasciculatis, filiformibus, simplicibus v. furcatis, 70–120 ≈ 1,5, conidiis pleurogenis botuliformibus, 6–7 ≈ 3, hyalinis, coacervatis roseis.

Hab. in ramis corticatis emortuis, Michigan, Oct. 1881 (J. B. Gray, dedit Ellis, n. 3553). — Habitu ad *Tuberculariam floccipedem* accedit.

102. **Heydenia americana** Sacc. et Ell. — Sporodochiis gregariis, claviformibus, stipitatis, fusco-nigricantibus; capitulis globoso-depressis, extus induratis, $^3/_4$ mill. lat., stipitibus cylindraceis, crassiusculis, vix 1 mill. altis basi radiculosis intus subcavis, contextu subprosenchymatico, cellulis majusculis; capituli basi minute sinuoso-cellulosa superne sporigera; hyphis fasciculatis cylindraceis, longitudinaliter denticulatis, parce septatis; conidiis ellipsoideis, 10 ≈ 7, crassiuscule tunicatis, hyalinis.

Hab. in ramulis emortuis (Rosarum?) et in ligno, Utah U. S. A., ad altitud. circ. 2000 metr. — Genus

Rupinia Roum. et Speg. a gen. multo anteriore *Heydeniæ* Fres. non differt, sed contextu distincte celluloso Myxomycetibus (ubi dubitanter locarunt Roum. et Speg.) abhorret et inter Phæostilbeas potius adnumerandum. Hæc species ab *Heydenia* (Rupinia) *Baylacii* R. et Sp. et ab *Heyd. alpina* Fres. differt conidiis majoribus, capitulo extus indurato et nigricante.

SPHÆROCREAS Sacc. & Ell. — Sporodochia superficialia, globosa, compacta. Hyphæ seu sporophora arcte fasciculata filiformia prælonga continua simplicia v. falcata. Conidia magna globoso-ellipsoidea, continua, hyalina per caudam subpersistentem cuspidatam sporophoris hærentia. — Genus distinctum, sed quoad locum systematicum dubium, hinc *Ægeritæ* hinc *Nœmateliæ* subaffine.

103. **Sphærocreas pubescens** Sacc. & Ell. — Sporodochiis globulosis, flavidis, $^1/_5$–1 mill. diam., setulis acicularibus continuis 60 ≈ 2 sparse conspersis, intus farctis carnosulis, pallidioribus; hyphis prælongis arcte radiato-fasciculatis; conidiis obovatis 25–30 ≈ 20–22, hyalinis, tunica 2, μ. crassa, 1-guttatis; cauda 20–30 μ. longa e basi latiori sensim cuspidata, hyalina.

Hab. in fragmentis ligneis etc. putridis, Aut. 1881 et 1882. Newfield, N. J., parcissime (Ellis, n. 3683). Sperficies sporodochii ex hypharum apicibus constipatis compacta, nec vere tunicata.

FUNGI GALLICI

LECTI A CL. VIRIS

P. BRUNAUD, C. C. GILLET, ABB. LETENDRE,

A. MALBRANCHE, J. THERRY & DOM.^{a} LIBERT *).

RECENSUIT

P. A. SACCARDO

SERIES IV.

Obs. Litt. **B.** indicat cl. P. Brunaud et territorium Santonense, *Saintes* (ubi aliud non indicetur); **G.** indicat cl. C. C. Gillet et territorium Alentionense, *Alençon;* **L.** & **M.** indicant cl. Abb. Letendre & A. Malbranche et territorium rothomagense, *Rouen;* **T.** indicat cl. J. Therry et territorium lugdunense, *Lyon;* **Lb.** postremo indicat Dominam A. Libert et territorium malmediense, *Malmedy* (Provinc. Rhenan.).

Debitum gratumque est mihi officium gratias agendi Amico præclaro Doct. O. Penzig, qui multam horum fungorum partem microscopio exploravit, iconibusque illustravit. Speciebus novis, ipso adjuvante descriptis addita sunt nomina *Sacc.* & *Penz.*

Hymenomyceteæ

1621. **Lenzites sepiaria** (Wulf.) Fr. — In trabibus (**L.** 5).

1622. **Lentinus lepideus** Fr. — Ad ligna pinea (**L.** 1). — Pileo convexo, crasso, subligneo, lamellisque serratis tenacibus mox dignoscenda species.

1623. **Agaricus** (Mycena) **capillaris** Schum. — In fo-

*) Species Libertianas jam recensui, adjuvante amicissimo Rouméguere, in ejusdem *Revue Mycologique* 1881, N. 11, p. 39-59, t. XIX-XX. Hic species tantum enumeravi, quæ desunt in Scriebus meis I-III «Fungorum Gallicorum».

liis putridis Fagi (L. 1580); in acubus pineis (T. 5348).

1624. **Agaricus** (Mycena) **filipes** Bull. — In sarmentis Rubi etc. (L. 1563).

1625. **Agaricus** (Naucoria) **Erinaceus** Fr. — Ad ramulos putres (T. 5186).

1626. **Polyporus hispidus** (Bull.) Fr. — Ad Mali corticem (L. 1673).

1627. **Polyporus salicinus** Fr. — Ad cortices Salicis (L. 1630). — A typo Friesii differt pileo satis reflexo, margine acutiusculo, concentrice sulcato, fusco-canescente intus toto ochraceo-cinnamomeo; poris primo albido-pruinatis. Ad *Polyporum Evonymi* Kalchbr. vergit.

1628. **Polyporus spumens** Fr. — Ad truncos (L. 8. 9). — Pulcherrima species margine rotundato involuto mox dignoscenda.

1629. **Polyporus rufescens** (Pers.) Fr. — Ad basim truncorum (G. 11).

1630. **Polyporus subspadiceus** Fr. — In cortice dejecto Betulæ, Fontainebleau (T. 6015). — Specimina senescentia, ergo species dubia.

1631. **Polyporus versicolor** (L.) Fr. forma **subresupinata**. — Ad truncos (G. 11).

1632. **Polyporus vaporarius** Fr. forma **irpicoides**: poris maxime obliquatis, lacerisque, quasi *Irpicis*. Ad cortices varios (L. 1667 — G. 3. 6. 9). — forma **lutescens**: poris luteolis. Ad cortices (G. 2) — forma **typica**. — Ad ligna et cortices (G. 4. 6. 7. 13 — (L. 1653).

1633. **Polyporus abietinus** (Dicks.) Fr. forma **resupinata**. — Ad cortices (G. 9).

1634. **Cyphella punctiformis** Fr. Karst. — In caulibus Menthæ, Brionne (M. 253) Eupatorii (T. 5623).

1635. **Cantharellus cinereus** (Pers.) Fr. — Ad terram nemorosam (L. 1576).

1636. **Irpex paleaceus** Fr. — Ad cortices Alni (ut videtur) (L. 2). — Etsi matrix non conifera, species hujus nominis videtur.

1637. **Hydnum argutum** Fr. — Ad ligna putrida Robiniæ (**T.** 6683).

1638. **Hydnum subtile** Fr. — In ramis corticatis decorticatisque Fagi, Pini etc. (**G.** 4, 7, 17).

1639. **Odontia fimbriata** (Pers.) Fr. — In lignis putrescentibus (**G.** 15).

1640. **Odontia Pruni** Lasch. var. — In lignis putrescentibus (**G.** 1). Late effusa sordide alba; subiculum tenuissimum pallidum; tubercula remotiuscula, oblonga, apice rotundata, penicillata, setulis flavido-hyalinis, septulatis; sporæ (propriæ?) oblongæ, curvulæ, 4 × 1,5, hyalinæ; basidia non visa.

1641. **Trametes hispida** Bagl. — In trunco Ceratoniæ, Alger (Trabut, dedit Roumeguere, n. 12bis).

1642. **Trametes serpens** Fr. — Ligno subadnata e cortice rumpens, e. g. Salicis (**L.** 1637 — **G.** 4. 11).

1643. **Typhula filiformis** (Bull.) Fr. — Ad ramulos deciduos. (**M.** 233). — Specimina imperfecta, ergo parum certa.

1644. **Corticium Mougeotii** Fr. — Resupinatum, cartilagineum, margine subliberum, totum vinoso-rubidum, hymenio setulis cuspidatis 60–70 × 10 pubero, incrustando inæquali, sed non rimoso; contextu fulvo-ferrugineo. — Ad cortices Pinorum (**G.** 1).

1645. **Corticium calceum** Fr. — Ad cortices (**G.** 5).

1646. **Corticium sulphureum** Fr. — Ad cortices Pinorum (**T.** 5952).

1647. **Corticium cinnamomeum** Fr. — Ad ligna putrescentia (**T.** 6237).

1648. **Hypochnus olivaceus** Fr. (ut opinor). — Ad ligna pinea fabrefacta (**G.** 6). Late effusus, tenuis, olivascens, levis, vix puberulus; hyphæ granulosæ hinc inde clavatæ, sursum hyalinæ; sporæ ovatæ, basi subapiculatæ, 9–10 × 6, leves, olivaceæ.

1649. **Zygodesmus fulvus** Sacc. — In foliis putridis (**Lb.** 417. 997. 186) — v. **olivascens** (**Lb.** 183). Conidia sub-olivacea, sphærica, 8–9 micr. diam. exquisite hyalino-muricata.

1650. **Dacryomyces purpureus** Tul. (ut videtur). — In cortice Fagi, S.t Bonnet le froid (Rhône) legit **T.** (6576).

Phycomyceteæ

1651. **Peronospora grisea** Ung. f. **Veronicæ serpyllifoliæ.** — In ejusdem foliis, Le Sapey (**T.** 5830).

1652. **Peronospora Dipsaci** Tul. — In foliis Dipsaci sylvestris Grenoble (**T.** 5791).

1653. **Peronospora Trifoliorum** de Bary, f. **Ononidis.** — In ejusdem foliis, Isère (**T.** 5773).

1654. **Peronospora arborescens** (Berk.) de Bary — In foliis Papaveris Argemonis, Bellegarde (**T.** 5570).

1655. **Peronospora Fragariæ** Roz. & Cornu. — In pag. inf. foliorum Fragariæ Fragariastri etc., Isère (**T.** 5765). — Conidia ovato-oblonga 25–28 × 7–8, hyalina.

1656. **Peronospora calotheca** de Bary. — In foliis Galiorum, Le Sapey, Isère (**T.** 5828).

1657. **Peronospora graminicola** Sacc. *P. Setariæ* Pass. — In foliis Setariæ viridis (**L.** 1500). Hyphæ dense gregariæ, breves, continuæ, subhyalinæ, 80–120 × 15–16, nunc sursum denticulatæ tantum, nunc ramulos trifidos exerentes; conidia ellipsoidea hyalina, granulosa, 12–15 × 10–11. — Oogonia sistunt *Protomycetem graminicolam* Sacc.

1658. **Peronospora Euphorbiæ** Fuck. — In foliis Euphorbiæ platyphyllæ, Le Sapey (**T.** 5797).

1659. **Peronospora gangliformis** Berk. — In foliis Hieracii murorum vel affinis, Eybens, Isère (**T.** 5774).

1660. **Peronospora densa** Rabh. — In foliis Rhinanthi Cristæ-galli (**Lb.** 330).

1661. **Peronospora Ficariæ** Tul. — In foliis Ranunculi lanuginosi (**Lb.** 333).

1662. **Peronospora** (Phytophthora) **infestans** De Bary — In foliis Solani tuberosi (**Lb.**).

1663. **Entyloma Crepinianum** Sacc. & Roum. — Hinc

inde gregarium, semper tectum; sporis globosis 20–25 μ. diam., flavo-ochraceis, episporio 2–2½ μ. cr. pallidiore, intus guttulatis, levibus. — In foliis languidis graminum (Poæ?) socia Phyllachora. Ab *En. crastophilo* Sacc. sporis multo majoribus, ab oosporis *Peronosporæ graminicolæ* (Sacc.) sporis coloratis oogonio carentibus etc. mox dignoscitur (**Lb.** 703 p. p.).

GILLETIA Sacc. & Penz. — Hyphæ conidiophoræ simplices, continuæ, apice inflatulæ ibique sterigmata bacillaria undique exerentia. Conidia globulosa continua subhyalina in apice sterigmatum solitarie acrogena. — Oogonia ignota, sed totus fungi habitus peronosporoideus. — Novum genus præclaro C. C. Gilletio, mycologo gallico alentionensi merito dicatum.

1664. **Gilletia spinuligera** Sacc. & Therry. — Hyphis hypophyllis in cæspitulos punctiformes sordide albos gregarios tandem fere conglutinatis, cylindricis, continuis, subhyalinis, 150 × 12–15, basi levissime inflatis, acutis (forte e stromatibus foliorum oriundis) fibrillisque parcis mycelicis instructis, apice leniter inflatis, rotundatisque; sterigmatibus parcis (8–12) bacillaribus, sursum subincrassatis, 10 × 1,7; conidiis globosis (in sicco coffeiformibus) 25–26 μ. diam. nubilosis, dilutissime flavido-hyalinis.

Hab. in pag. infer. Erigerontis canadensis languidis, Eybens, Isère (**T.** 5768). — Microconidia ovata, 5–6 × 4, hyalina una cum conidiis observavi, dubiusque hæreo num metagenetica an haterogenea sint.

1665. **Cystopus cubicus** (Str.) de Bary. f. **Centaureæ Scabiosæ.** In ejusdem foliis (**L.** 1665). — f. **Cirsii.** In ejusdem foliis, Malesherbes (**T.** 5991).

Hypodermeæ.

1666. **Urocystis Cepulæ** Farl. — In foliis Allii Porri et Cæpæ, Rouen (**M.** 246). — Massæ sporarum subglobosæ 18–20 μ. diam., fuscæ; sporæ subglobosæ, minutæ, 3–4 μ. diam.

1667. **Ustilago utriculosa** (Corda) Tul. — In ovariis Polygoni Persicariæ (**L.** 1652).

1668. **Endophyllum Sempervivi** (A. S.) Lév. — In foliis caulinis Sempervivi tectorum S.t Vallier (Drôme) (**T.** 5633). — Sporæ obovatæ verruculosæ 25–32 = 21–22, brunneæ.

1669. **Endophyllum Sedi** (DC.) Lév. — In foliis Sedi reflexi, S.t Vallier (Drôme) (**T.** 5652). Sporæ globoso-ellipsoideæ minute muriculatæ, 25–36, lutescentes. — Adest parasitica *Tuberculina persicina*.

1670. **Ustilago olivacea** (DC.) Tul. — In ovariis Caricis ripariæ, Malesherbes (Loiret) (**T.** 5978). — Sporæ globulosæ 3–5 μ. diam., olivaceæ, leves.

1671. **Ustilago longissima** (Sow.) Tul. — In foliis Glyceriæ spectabilis, Malesherbes (Loiret.) (**T.** 5977). — Sporæ globulosæ 4–5 μ. diam. viridulæ, leves.

1672. **Chrysomyxa Abietis** Ung. — In foliis Abietis pectinatæ (**T.** 6184).

1673. **Puccinia Moliniæ** Tul. — In foliis Moliniæ cæruleæ, uredosporæ et teleutosporæ (**T.** 6275).

1674. **Puccinia Luzulæ** Lib. — In foliis Luzulæ (**Lb.** 968).

1675. **Puccinia striæformis** West. — In foliis graminum (**Lb.** 83).

1676. **Puccinia Iridis** (DC.) — In foliis Iridis graminifoliæ (**Lb.** 958).

1677. **Puccinia Nolitangere** Cord. — In foliis Impatientis Nolitangere (**Lb.** 957).

1678. **Puccinia Calthæ** Link. — In foliis Calthæ palustris (**Lb.** 946).

1679. **Puccinia Ægopodii** (Schum). — In foliis Ægopodii (**Lb.** 608).

1680. **Puccinia Galiorum** Link. — In foliis Galiorum (**Lb.** 951).

1681. **Puccinia Angelicæ** (Schum). — In foliis Angelicæ sylvestris (**Lb.** 966).

1682. **Puccinia Arenariæ** (Schum). — In foliis Stellariæ holosteæ (**Lb.** 609 bis). In foliis Dianthi barbati (**Lb.** 609).

1683. **Puccinia Epilobii** (DC.) — In foliis Epilobii montani (**Lb.** 12).

1684. **Puccinia Liliacearum** Duby. — In foliis languidis Endymionis nutantis, bois d'Ecouen (Seine et Loire) (Delacour).

1685. **Uromyces scutellatus** (Pers.) Lév. Sacc. Mich. II. 45. — In foliis Euphorbiæ Cyparissiæ S.t Vallier (Drôme) (**T.** 5629).

1686. **Uromyces excavatus** (DC.) Magn. Sacc. Mich. II. 45. — In foliis Euphorbiæ verrucosæ v. affinis, Eybens (Isère) (**T.** 5776).

1687. **Uromyces Genistæ** Fuck. — In aliis ramorum Genistæ sagetalis, S.t Vallier (Drôme) (**T.** n.?).

1688. **Uromyces Valerianæ** Fuck. — In foliis Valerianæ tripteridis (**Lb.** 14).

1689. **Uromyces Orobi** (Schum). Fuck. — In foliis Orobi tuberosi (**Lb.** 956).

1690. **Triphragmium Ulmariæ** (Schum). — In foliis Spirææ Ulmariæ (**Lb.** 961, 312, 313).

1691. **Xenodochus carbonarius** Schlecht. — In foliis Pimpinellæ (**Lb.** 305).

1692. **Phragmidium gracile** Grev. — In foliis Rubi Idæi (**Lb.** 321 p. p.).

1693. **Uredo** (Melampsora) **Pyrolæ** (Schult.) — In foliis Pyrolæ (**Lb.** 367).

1694. **Æcidium Urticæ** DC. — In foliis et petiolis Urticæ (**Lb.** 350).

1695. **Æcidium Epilobii** DC. — In foliis Epilobii (**Lb.** 428).

1696. **Æcidium Periclymeni** DC. In foliis Periclymeni (**Lb.** 426).

Pyrenomyceteæ.

1697. **Eurotium repens** de Bary. — In gelatina putri (**T.** 6213). — *E. herbariorum* in bulbis Croci (**T.** 6291), in foliis Melianthi in herbario (Brunand).

1698. **Microsphæra Grossulariæ** Lév. — In foliis Ribis Grossulariæ (**Lb.** 327).

1699. **Podosphæra clandestina** (Link.) Lév. — In foliis Oxyacanthæ (**Lb.** 19).

1700. **Uncinula bicornis** Lév. — In foliis Aceris campestris (**T.** 2516).

1701. **Apiosporium stygium** Wallr. — In ligno Juglandis (**Lb.** 431).

1702. **Anthostoma turgidum** (Pers.) Nits. — In cortice Fagi (**Lb.** 774).

1703. **Anthostoma Massaræ** (De Not.) Sacc. Syll. Fung. I. 306. — In ramis corticatis Gleditschiæ Triacanthi (**B.** 74). Asci teretes 160–180 × 14–15; sporidia ovato-oblonga, leniter inæquilateralia, 28–30 × 10, fuliginea. A typo differt sporidiis paulo longioribus.

1704. **Anthostoma italicum** Sacc. et Sp. — In caulibus emortuis Lavandulæ Spicæ, Rochers à Vis, Isère) **T.** 6077). Asci teretes 140 × 10–12; sporidia ovato-oblonga, subinæquilateralia, 1-2-guttata, 21–24 × 9–11, fuliginea.

